4

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
36 F
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
18. h

5 - D - 25

Coll: Rom. Soc.s Jesu Cat. Ins.

IOELIS
PROPHETIA

PRO CONCIONE EXPLICATA PER REVERENDISS. D. IOANNEM FABRI AB Hailbrum, Dominicanum quondam Cathedralis Eccleſiæ apud Auguſtam Vindelicorum Eccleſiaſten Catholicum.

Latinitate donata per Tilmannum Bredembachium.

NOVISSIMA EDITIO,
Multis erroribus, quibus ſcatebat hactenus, repurgata.

Cum Indice rerum ſententiarumq́; locupletiſſimo.



BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

ANTVERPIÆ,
Apud Balthazarem Bellerum,
Anno M. D. LXXXIX.

B.S.

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI PRINCIPIQVE ILLVSTRISSIMO AC Domino D. Danieli Archiepiſcopo Moguntinenſi, S. Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, &c. Domino ſuo clementiſſimo.

MAXIMA in hominibus ſunt dona Dei à ſuperna collata clementia, Sacerdotium & Imperium, inquit Imperator Iuſtinianus, illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens ac diligentiam exhibẽs, ex vno eodemq́; principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Nam ſi Sacerdotium inculpabile ſit vndiq;, & apud Deum fiducia plenum: imperiũ autem rectè & competẽter exornet traditam ſibi Rempub. erit conſonantia quædã pulcherrima, omne quicquid vtile eſt humano generi conferẽs. Præclara hæc & digna eſt tãto Imperatore ſententia. Neque enim humanarum rerum politia & Reip. ſtatus facilè conuelli aut labefactari poteſt, quàm diu hæc duo ſalua & integra ſunt, quàm diu Eccleſiaſtici primates ritè funguntur ſuis muneribus, & Imperatores magiſtratuſq́; ciuiles nihil imperãt,

In authent. Quomodò opor. Epiſc.

quàm quod honeſtum, pium ſit & ſalutare. In his duobus totius orbis moderamen gubernatioq́ue conſiſtit, quorum alterum veluti animus, alterũ corpus Reipub. eſt quibus diſiunctis atque diſsipatis ſtatum collabi neceſſe eſt. Ex cuius ruina quãta in rebus humanis oriatur deformitas, miſeria & calamitas; vel me tacẽte loquitur orbis vniuerſus. Hanc peſtem vt à tua, Reuerendiſſ. Præſul & Princeps Elector Illuſtriſs. Republica, quàm lõgiſsimè arceas, ſumma vi & contentione in hoc anniteris, vt præclara illa, de qua meminit Iuſtinianus, conſonãtia, prudẽtibus ſalutaribusq́ue conſiliis in Republ. tua, literarumq́ue & ſynceræ religionis præſidio in Hierarchico ampliſſimæ tuæ diœceſios ordine, quàm abſolutiſsimè conſeruetur. Quis enim ignorat, quàm flagranti erga domum Dei zelo euellas hæreticorum zizania, deſtruas impiã turrim Babel, diſperdas lupos gregem tuum infeſtantes, diſsipes conuenticula pſeudoprophetarum & conſilia malignantium, ædifices candidæ & incontaminatæ vitæ exemplo Eccleſiam Dei, plantes veram pietatem, ſtudia literarum ac liberales diſciplinas? In quibus omnibus quæ vel multos Achilles fatigarent, tu ſolus veluti ampliſsimus ac fortiſsimus Athlas, non labores refugis, non pericula metuis, non ru-

Ierem. 1.

mores

mores ante ſalutem ponis, aut vulgi aut pietatis oſorum conuicia curas, non vllis impenſis aut ſumptibus parcis. Quo ſit vt cùm pluſrimorum Regum, Principum & Epiſcoporum regna, ditiones & prouincias graui noſtro omnium dolore & luctu videamus perire, collabi & tantum non funditùs corruere (quòd ea quæ ad publicam pacem verámque religionem aſſerendam pertinent, fortiter tutati non ſint) tuam Ampliſſ. Præſul & Princeps Illuſtriß. prouinciam omni ex parte florentem, ſaluam & incolumem ſummo piorum omnium gaudio conſpiciamus. Quod cùm ita ſit, atque his tuis tā ſanctis, tam verè heroicis conatibus, & fœlicißimis ſucceſſibus omnes veræ catholicæ & orthodoxæ fidei publicæq́; tranquillitatis amatores lætiſsimo applauſu vndique congratulentur, non potui committere, quin & ego mei erga tuā R. & I. C. affectus & humilis obſeruātiæ ſi non euidens & illuſtre, ſaltem pro mearum viricularum tenui facultatula, qualecunque argumentum exhiberem. Id quicquid ſit vt T. R. C. clementer audire pergat, humiliter rogo.

Obtulit mihi nuper præcellenti doctrina ac pietate vir D. Antonius Reſcius, Prædicator S. Theologiæ Profeſſor Cōciones abſolutiſſimi

viri D. Ioannis Fabri quondam Eccleſiaſtæ Auguſtani in Ioëlem Prophetam, Germanico idiomate conſcriptas, petens vt in communem Reipubl. Chriſtianæ vtilitatē eas in Latinam phraſin traducere non grauarer. Cui tametſi imparem me agnoſcerem, facilè tamen illius erga me viri merita, meum hac in re conſenſum impetrauerunt, non quòd putarem operam talem dignè à me præſtari poſſe, ſed quia eiuſmodi ſtudiū non exigua cum vtilitate & fructu coniunctum arbitrabar: tum ne prorſus nullus eſſet qui huic honeſtiſsimo vtiliſsimóque operi laborem impenderet. Piget enim plerumque eius laboris quem in alieno opere collocamus, & veluti in aliena ſuperficie ædificamus, quo facto, non ædificanti, ſed Domino ſoli ædificium cedere ſolet. Accedebat, quòd nullum laborem honeſtiùs, vtiliùs & iucundiùs collocari arbitrabar eo qui ſcrutandis eruendiſq́; diuinorum oraculorum & prophetarū myſteriis inſumitur. Nam cùm omnia humanitatis ſtudia à Deo Opt. Max. hominum generi collata, magna quadam & incredibili ſuauitate ſuos cultores reficiant, vtilitate locupletent, laude & gloria extollant, nulla tamen ars, nulla diſciplina, nulla facultas hæc omnia vberiùs, copioſiùs & magnificentiùs præſtat, quàm rerum diuinarum inueſti-

ueſtigatio, ſancta & cœleſtis illa philoſophia, quam, quòd non niſi de Deo rebuſq́; diuinis loquatur ac diſſerat, auguſtiſsimo nomine Theologiam doctorum hominum conſenſus appellauit. Omnes quidẽ facultates et ſcientiæ magna Dei benignitate mortalium generi inſpiratæ, reuelatæ ac traditæ ſunt, ſummamq́; & abſolutiſsimam Dei erga homines beneuolentiam & charitatẽ haud obſcurè demonſtrãt, verùm ſi Theologiam è medio ſuſtuleris, non ſecus ac ſublato è mundo ſole denſiſsimas teterrimaſq́; tenebras rebus mortalium offuderis. Fatendum eſt magna cum voluptate Hippocratis, Galeni, Theophraſti, Celſi, Ariſtotelis, Plinij, reliquorumq́; φιλιάτρων καὶ φυσιολόγων lucubrationes euolui: pulchrũ eſt internis animi ſenſibus & oculo philoſophico contemplari animalium, lapidum, ſtirpium, herbarúmque naturas, inſitámque variis morbis medendi efficaciam, quomodò animalium pleraque in terra, alia in aquis, alia in aëre, ſalamandra etiam in igne viuat. Neque parùm iucunditatis & fructus ſuis cultoribus confert iuris & legũ prudentia, quæ ſuos λύτας & προλύτας (hodie Baccalaureos & Licẽtiatos receptis vocabulis appellamus) veluti porrecta manu in ſublimem ſpeculã deducit, ex qua vniuerſa mortalium commercia, tractationes, Iuſtin. in procem. ff.

tiones, tranſactiones & conuentiones iucundiſsimè ſpectandas exhibet ac demõſtrat. Vides ibi alios aucupari, volucres per alienũ fundum ſequi: ſuperuenit fundi Dominus, ingredientem prohibet. Alius venatur, ceruum capit, captum ſecum abducit, tandem ceruus custodiam eius euadit, ſéque in naturalem recipit libertatem, capitur rurſus ab alio, lis de dominio cerui oritur. Alij iaculis ludunt, ſeruus campum iaculatorium tranſit, ab vno traiicitur caſu, non data opera: Dominus ſerui eum qui damnum dedit, in ius vocat, quanti is ſeruus in eo anno plurimi fuit, eum ſibi condemnari petit, lex reum abſoluit. Alibi pater filium ad ſtudia ablegat, moritur pater, fratres cohæredes aiunt ſtudiorum impenſas in collationem referri oportere, negat frater qui ſtudia ſectatus eſt, aſſerens patrẽ donandi animo ſumptus ſuppeditaſſe: probatur: iudices fauore ſtudiorum ducti, fratrem abſoluunt. Iucunda me hercle & vtilis est huiuſmodi conſideratio. Atque hæc quidem de duabus illis excellentibus facultatibus. Quod ſi nũc ad artes tum logicas, tum Mathematicas, ac deinde ad historiarũ cognitionem deſcendamus, magna animi voluptate videbimus illos congrua dare negotiis & rebus vocabula, alios ratiocinationibus & argumẽtis conten-

dere, alios magna dicendi copia & vbertate laudare, vituperare, ſuadere, diſſuadere, accuſare, defendere. Alios computare, addere, ſubtrahere, multiplicare, diminuere, nũc ſexcenta, ſeſtertia & multas aureorum myriades vno calculo depromere, eóque rurſus ſublato, vniuerſum theſaurum diffluere & momento euaneſcere, modò Craſos & Craſſos, modò Iros & Codros effici: Alios aſtrorum, planetarum & cœli vertigines obſeruare; pluuiã, tempeſtates & ſerenitatem animaduertere. Alios attẽperato & harmoñico concẽtu ſumma cum voluptate aures demulcere, triſtitiã fugare, vires ingenij recolligere. Alios denique exiguo circino immenſa penè terrarũ mariúmque ſpacia dimetiri, immotosq́ & domeſticis parietibus concluſos, nunc apud Æthiopes diuerſari, nunc ad Scythas & Sauromatas excurrere, ab illis rurſus ad Garamantas, ad Anthropophagos, imò Antipodas magno & penè incredibili ſaltu trãſilire. Omitto reliqua, ne ſim prolixior. Hæ ſcientiæ omnes quidem à Deo, magno omnium noſtrorum bono mortalibus conceſſæ ſunt, & iam olim ante plurima ſecula, partim diuina clementia primis hominibus reuelatæ, partim diligentia, ſtudio, & longa obſeruatione inuentæ, adeò, vt non improbabile videatur,

Deum

Deum idcircò primorum ſeculorum hominibus longiorem diuturnioremq́; vitam indulſiſſe, vt lõgo vſu, obſeruatione et experientia, certiorem ſcientiarum diſciplinarumq́; traditionem ad poſteros tranſmittere valerẽt, vtq́; homines per eiuſmodi diſciplinas in creaturarum notitiam, atq; inde in creatoris cognitionem gradibus quibuſdam peruenirent, in cuius cognitione ſumma atque extrema hominis beatitudo conſiſtit. Verùm quantum ſuis in nos meritis cumulum adiecit optimus benigniſsimuſq́; Deus, quòd præter omnes illas artes & facultates, per quas non niſi obliquè, & longis multiſq́; ambagibus ac diuerticulis, vix tãdem vel vmbram eius attingimus, aliã adhuc peculiarẽ ſcientiã generi humano tradiderit, quæ directò ſine vllis erroribus certa ſolidaq́; via, nos in diuini numinis cognitionẽ deducat, quantum quidem incomprehenſibilis Deus lucem habitans inacceſsibilem, humano Iacob. 1. *ingenio cognoſci poteſt. Hæc ſcientia, vel potiùs ſapientia, pudica eſt, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena amore & fructibus bonis. Hæc ſequentem ſe non falli, non excidere, non vſquam aberrare patitur. Sanè quantum diuina præſtant humanis, cœleſtia terrenis, tantũ Theologia reliquis diſciplinis meritò anteponitur. Siquidem doctrina*

ſacris

ſacris libris comprehenſa non eſt ab hominibus in Græcia aut Italia agẽtibus prodita, ampliata vel illuſtrata, ſed à Deo ipſo edita, & ſelectis quibuſdam viris reuelata. Pater cœleſtis ſua voce patriarchis atque prophetis eam explicuit. Heb. 1. Vnigenitus è ſinu Patris ad nos deſcendens eãdem enarrauit. Ioan. 1. Spiritus ſanctus omnibus ſeculis quoſdam præſtantes afflauit homines, qui Theologiã incorruptè traderent. 2. Petr. 1. Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione nõ fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines. Si de certitudine libeat contendere, ſola hæc certa appellari meretur, quæ authorem habet Deum, enarratorem Chriſtum, reuelatorem ac doctorem Spiritum ſanctum. Quam certitudinem rex & propheta Dauid in ſpiritu agnoſcens, exclamat, ſicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum. Iam verò ſi multiplicem conſiderare libet vtilitatem, nullum ſani doctrinæ genus hac in parte cũ Theologia comparandum. Vt multo ampliſſimum ita & veriſſimum quod ait Apoſtolus. 2. Tim. 3. Sanæ literæ (& ſolæ inquam) te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Tanta enim eſt rerum omnium vbertas & af-

Pſal. 47.

& affluentia in literis diuinis; vt non immeritò vberrimum quoddam & ampliſsimum copiæ cornu appellari poſsint: Quam vbertatē & copiā Spiritus ſanctus nobis apertius inſinuare volens, diuinas literas legiſq; & Prophetarū libros, fontes, fluuios, puteos, torrentes, campoſq; patentes appellat. Sic Pſal. 67. legimus ex fontibus Iſraël, laudes Dei in Eccleſiam emanare, quod ita Patrū exponit authoritas, vt intelligamus ex legis & Prophetarum libris veluti ex fontibus quibuſdā perennibus Iſraëlitico olim populo Dei doctrinā atque cognitionem affluxiſſe, ex quibus fontibus viri illi ſanctiſsimi ac Deo pleni, multa haurientes hymnos in laudem Dei componebant. Apoſtolos etiā primos Chriſtianæ pietatis doctores à Chriſto electos, per aquarū fontes qui repentè apparuerunt, interpretes plerique deſignauerunt. Horum fontium tam dulces, tamque mellitas aquas Rex & Propheta Dauid identidem deprædicat, volenſq; veram & abſolutam hominis beatitudinē vnico hymno cōplecti, dum cæteras felicitatis humanæ partes commemorat, inquit virum beatum ſimilem eſſe ligno quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, id eſt, ad hominis beatitudinē requiri, vt limpidis ſacræ doctrinæ aquis imbuatur & irrigetur: ſicutè contrario

vbi diuinæ literæ agri cuiuſpiam ſterilitatem deſertáque & inhoſpita teſqua notare volũt, id eſt, hominem in bonis operibus ſterilem & aridum, vocant inaquoſum, vt Pſal. 77. Exacerbauerunt altiſſimum in inaquoſo. Vberrima igitur eſt & bonorum fructuum feraciſſima lectio diuinarum ſcripturarum, & appoſitiſſimè fluuiis & fontibus nunquam deficientibus aſſimilata: vnde & Moyſi facilè crediderim præter rarum & penè miraculoſum expoſitionis euentum, diuinitùs ab aqua nomen inditũ, qui vberrima diuinarũ humanarumq́ rerum omniũ doctrina mortale genus in omnia ſecula eſſet inſtituturus. Et cũ nullũ ſit doctrinæ genus, ex quo nõ magna ad homines bona promanent, eo factũ eſt, vt antiquitas omnem prorſus diſciplinã aquis cõpararit. Hinc Pegaſæus, hinc Caſtalius fons, hinc vndæ Cepheſides, hinc Permeſſus, Iliſſus, Termeſſus fluuij, totaq́, vt ſemel dicam, Aonia aquis irrigua, vbi Vatũ pieriis ora rigantur aquis. Sed & Ægyptij Sacerdotes cùm cœlum rore pluuium pinxiſſent, diſciplinam & literarum ſtudia deſignabant: mira etenim eſt vtriuſq; rei ſimilitudo. Nam quẽadmodum ros in herbas, frutices & plantas decidens, ea omnia quæcunque molliri apta ſunt, humectat, paſcit & liberaliter educat:

contrà

contrà verò in iis quæ natura proprietatéque ſua obturata, dura, ſolida & repugnantia fuerint, proficere nihil quicquam poteſt: ita in hominibus euenit, quorum illi qui mãſueto, placido & leni ſunt ingenio, ſalutaria bonarum literarum dogmata facile recipiunt, patiẽtem culturæ aurem accommodant, & vt Lucas inquit, in corde bono & optimo retinent, atque ita inſtructi, & veluti optimo rore irrigati feliciſsime ſuccreſcũt. Alij verò quorum animus & ingenium omne à diſciplinis eſt auerſum, & ergà omnia dogmata contumax & refractariũ, in barbarie & aſperitate ſua manent, & cum gallo Æſopico gemmam in ſterquilinio repertam facile reſpuunt & contemnunt, quod in Iudæis hodie perſpicuũ euadit qui obdurati & occæcati, veritatem Euãgelicam faſtidiunt, Chriſtianam doctrinam aſpernãtur, quod (ne ab aquæ allegoria recedamus) perpulchre libro Iudicũ præmonſtratum legimus. Vbi Gedeon Madianitis, Amalechitis & Arabis, Iſraëlem opprimentibus, ſignũ petiit à Domino, quo ſe populumq́ adhortaretur ad virile aliquod facinus aggrediendum, & ſe ſuóſque de montium ſolitudine liberaret. Excitatus itaque Gedeon oraculo, cui tamen fidem haud facile adhibuerat ob res vehementer acciſas, vt in propinquo eſſet deſpera-

Lucæ 8.

tio: Sequar te, inquit, ſi ros ceciderit ſuper lanæ vellus in area ſtratũ, & terra circum arida perſtiterit, id quod vti petierat, factum eſt. Subiecit mox Gedeon: Si ros ſuper terram deciderit, eáque tantum aſperſa ſtratum vellus minimè madefecerit: cui petitioni cùm Deus iterum annuiſſet, magno animo negotium aggreſſus victoriam feliciſsimam eſt cõſecutus. Hic vt Patrũ interpretatur authoritas, vellus lanæ populum indicat Iſraëliticum, terra verò reliquas gentes, veri diuini cultus id tẽporis ignaras. Qui verò ros cœlitùs decidit, Dei doctrinam oſtendit, quæ priùs Iſraëlitis diuinitùs indulta fuit, hos enim ſolos ros diuinæ legis priùs irrigabat: reliquus autẽ terrarum orbis nulla iſtiuſmodi humoris gutta madefactus arida prorſus ſiccitate laborabat. Poſtea verò quàm ſecundũ accidit poſtulatũ, aruit vellus, terra irrorata eſt, Hebræis quippe adempta cœleſtium nubium, hoc eſt Prophetarum & legis diuinæ pluuia, nobis verò per Chriſti doctrinam diuini eloquij fontes adaperti. Hæc apud tuam Celſit. Reuer. & Illuſtriſ. Princeps breuiter diſſerere viſum eſt, vt memetipſum ad hanc tam auguſtam, ſanctam & ſalutarem doctrinam excitarem, vtq́ alij paulò honorificentiùs & ſublimiùs de hiſce cœleſtibus & ſacroſanctis ſtudiis ſentire diſcant,

ſcant, ſimulq́ indicarē quæ ratio præcipuè me ad hanc operam in hoc Propheta collocandam impulerit. In quo quicquid à me deſudatū eſt, eam quam ſupra adduxi ob cauſam tuæ potiſſimum Celſitudini dedicandum & cōſecrandum duxi, vt qui tā generoſo & heroico animo erga literas affectus es, eáſque ſumptibus & patrociniis munificentiſsimis foues, tutaris ac prouehis, viciſsim ipſas literas literarumq́ cultores hæc tua tam magnifica beneficia agnoſcere, gratitudinémque ſuam exhibere animaduertas. Nec dubito futurum, quin ampliſsimam tuam prouinciam, quam omnibus artibus ac diſciplinis longè florētiſsimam reddidiſti, indies florentiorem illuſtrioremq́ ſis habiturus. Vt enim Principes arte aliqua delectati ſunt, ità eandem artem in regno ipſorum potiſsimùm excultā fuiſſe legimus. Hinc ſub Alexandro militarunt plurimi: ſub Augusto nemo non carmen cudebat. Neronis tempore multi histriones, cantores & magi extiterunt. Hadrianus Imperator ad antiquitatis obſeruantiam omnes inuitabat. Tu veluti Salomon quidam nihil æquè conaris, quàm vt plurimos enutrias philoſophos, veræq́ Sapientiæ cultores. Cùm ergò talia iacias ſemina, fieri non poteſt, quin ampliſsimam optimarum diſciplinarū meſſem ſis habiturus, atque

adeò

adeò nunc habeas lætiſsimum viridarium, in quo veluti in hortis Alcinoi μῆλ' ἐπὶ μήλοις *iucundiſsimo fœcundiſsimoq́; prouentu ſuccreſcere conſpicis. In quo quemadmodum tuâ Celſit. quotidiana opera, ſtudio & ſumptu neque plantare neque rigare deſinit, ità optimus benigniſsimuſq́; Deus dubio procul fœliciſsimum largietur incrementum. Qui tuam Reuerendiſs. & Illuſtriſſ. Celſit. ſtudiorum & rei Chriſtianæ commodis ad Neſtoreos annos florentem & incolumem conſeruet.*

T.R. & I.C.

ſubiectiſsimus cliens

Tilmannus Bredembachius Embricenſis.

AMPLISSIMIS CIRCVNSPECTIS ORNATISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS DOMINIS

Coſs. & Senatui Imperialis vrbis Gmundæ, Dominis ſuis gratioſiſſimis & exoptatiſſimis D. Ioannes Fabri ab Hailbrun Cathedralis Eccleſiæ apud Auguſtam Eccleſiaſtes, corporis & animę felicitatem precatur.

HAVD oblinioni tradidiſtis Ampliſſ. circunſpecti, prudentiſſ. gratioſiſſ. exoptatiſſimiq; Domini, quod D. Paulus Corinthiis ſcripſit, ſed planè ſeriò atq; omni cū ſedulitate conſideraſtis, vitamque & mores ei conformaſtis. Fratres mei, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Quibus verbis Paulus fideles ad conſtantiam in fide & ad bonam vitam exhortatur, quæ Deus irremunerata nòn relinquet, quandò in die nouiſsimo venturus eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Deus ſanctam Eccleſiam ſuam vnicæ & Catholicę fidei lumine prorſus paternè illuſtrauit ac dotauit, atque etiam in nobili noſtra patria, quæ priùs gentilitiis erroribus & abominationibus grauiter caligabat, non ſinè peculiari ac diuina clementia eiuſmodi vnicæ & Catholicæ fidei lumen per quoſdam Apoſtolorum diſcipulos nobis Germanis ad conſolationem & ſalutem noſtram annunciari curauit. Sic Germania Catholicam & Chriſtianam fidē, antè multa ſecula audiuit, ac didicit, eamque cum Apoſtolicis Eccleſijs, iam tùm ab Apoſtolis in Græcia, in Paleſtina, in Italia &c. plantatis concorditer profeſſa eſt, ac ſyncerè ſeruauit: vſque ad hæc nouiſſima & periculoſa tempora, quibus Deus propter peccata noſtra nonnullos hæreſiarchas, Germaniam, quæ tātis iam temporum ſpacijs, imò plùs mille annis in vera & concordi fide perſtitit, erronea ac damnata doctrina infeſtare permittit. Sunt hic ex quorundam cordibus reuelatæ cogitationes, quòd Catholicam & Chriſtianam fidem (quæ tamen ab Apoſtolis eorumque diſcipulis per ordinariam ſucceſsionem vſque ad nos peruenit, quamque vniuerſus orbis Chriſtianus confeſſus eſt) magno ſcandalo & vanitate tam perti-

1. Cor. 15. — *Math. 16.* — *Luce 2.*

uicaciter deſerunt & blaſphemijs, contumelijs atque iniurijs proſcindunt. Qui ſalutem animarum ſuarum, honorem, famam & incolumitatem generoſæ patriæ noſtræ haud benè conſiderarunt, ſed per proteruam defectionem ſuam in curas & neceſsitates induxerunt, illamque auguſtam & celebrem Germaniæ exiſtimationem apud peregrinas Nationes non parum imminuerunt, & hæreditario hoſti Turcæ in ludibrium reddiderũt, quem noſtra diſſidia & peruicax apoſtaſia haud exiguam in ſpem erigunt, nos in diſcordia inuadendi & perdendi.

Meritò ſanè pij Chriſtiani ad animum reducerẽt, quas Germania calamitates & miſerias viderit & perſenſerit. Meritò malam arborem ex malis fructibus agnoſcerent, atque à tam perniciosa, deteſtabili, & diſcordi doctrina ſe cuſtodirent & conſeruarent.

Immanes & terribiles bellorum motus, exitiales diſcordiæ ac diſſenſiones, irreconciliabiles inuidiæ & odia, perfidiæ & proditiones, lætiferæ omnium flagitiorum ſuppullulationes & incrementa, legitimi magiſtratus deſpectio: leuitas iuuentutis: inobedientia, peruicacitas & proteruia ſubditorum, contemptus Dei eiuſque præceptorum & cætera quæ hactenus ex noua doctrina profluxerũt, meritò fidelibus eam ſuſpectam redderent, non ex Dei ſpiritu prouenire, ſed ex Sathana, pacis hoſte, omniſque concordiæ & obedientiæ diſſipatore & conturbatore.

Pedes ſectarum, inquit Auguſtinus, admodum ſunt veloces ad effundendum ſanguinem cùm præcidunt homines ab vnitate orbis terrarum. lib. 2. contra literas Petiliani Cap. 16.

In veteri & vnanimi fide Germania proſperitatem & ſalutem ſenſit tam in corpore quàm in anima, bonámq; pacem & obedientiam. Nam vbi vera fides, ibi obedientia, vbi verò ſciſma, vbi à Catholica fide factioſè receditur ibi certò eſt inobedientia, prout hoc (proh dolor) teſtantur nationes & vrbes &c. vbi ſciſmatica fides radicauit, & in vulgi animis inualuit.

Ex noua ſiquidem doctrina rudis & pertinax plebs, aduerſus legitimos ſuos Magiſtratus efferatur & inflammatur, ità vt Magiſtratus nunquam in maioribus neceſſitatibus & curis fuerint, ratione ſubditorum, quàm in noua & ſciſmatica doctrina.

Quocircà Conſul quidam admodùm amplæ ciuitatis imperialis, quæ etiamnùm hucuſque in Christiana & Catholica fide perſtitit, magno cuidam Principi oppidò quàm prudenter & Chriſtianè reſpondit, interroganti Conſulem, an ne & ipſi ad Sectas vellent deſciſcere: Conſul quæſiuit, quamobrem? Cui Princeps, vt citò diteſcatis: nam aliquot Abbatias, multa Collegia & monaſteria habetis in ciuitate veſtra. Hæc bona violenter poteſtis, iuxtà nouam Euangelicam libertatem, ad vos transferre ac diteſcere, Conſul verò Principi reſpondebat. Si non eſſet animus rectam, veterem, Catholicam, vnicã & Chriſtianam fidem profiteri & ſeruare propter animarum noſtrarum ſalutem, nollemus tamen vel hac de cauſa ad Sectas deficere, Vt Domini maneamus. Videmus enim & compertũ habemus, vbicunque noua Sciſmaticaque doctrina à Magiſtratu, vulgo indulgetur & permittitur, ſubditos dominari & dominos ſubiici. Laudauit Princeps eiuſcemodi reſponſum, exhortans etiam vt in tali tamq; Chriſtiano animo perſeuerarent, & conſtantes permanerent.

Quod autem vos Ampliſſimi, prudentiſſimi, exoptatiſſimiq; Domini in ſyncera & Chriſtiana religione hucuſque ità perſiſtitis, non eſt citrà peculiarem gratiam, amorem & amicitiam cœleſtis Numinis, tametſi quidem multoties ſitis grauiſſimè & prorſus horribiliter à quibuſdam Sectis pertentati, ſolicitati; vexati & concuſſi, omnem tamen aduerſitatem, diuinæ gratiæ ſubſidio freti ſingulari quadam magnanimitate magnificè & laudabiliter ſuperaſtis: ità vt per huiuſmodi Chriſtianum facinus, etiam aliis prouinciis & ciuitatibus facti ſitis exemplum, & forma Chriſtianæ conſtantiæ.

Fides enim veſtra, ſtrenuitas, obedienria, & Chriſtiana perſeuerentia non ſolùm Imperatoribus & Regibus etc. manifeſta eſt, verumetiam honeſta, tranquilla, pacifica, politica & Chriſtiana gubernatio veſtra ab omnibus bonis Principibus, Magnatibus, Equitibus etc. ſummè celebratur, laudatur & prædicatur. Cum vicinis pacificè & amãter viuere, magno vobis eſt gaudio. Habetis apud vos eruditos & integros verbi Dei prædicatores, & induſtrios diſpenſatores venerabilium Sacramentorum. Satagitis ex verbo Dei diſcere abundare in opere Domini. Perpulchrum eſt & iucundum videre apud vos placidam, hone-

ſtam, vnanimem ciuium conſuetudinem. Quiſque intendit, vt ſe & ſuos honeſto labore & opificio honeſtè ſuſtentet: nemo inutilem ſectatur faſtum, ſed dumtaxat quod humana neceſſitas (idque ſine vlla fraude) exquirit. Quemadmodum veſtra circunſpectio & prudentia ergâ ſummam poteſtatem, Romanam imperatoriam maieſtatem ſe perpetuò beneuolam & obſequentem præbuit ac declarauit: ſic veſtri ſubditi, veſtri deſiderati & fideles ciues, Deo, eius Sanctæ Eccleſiæ & vobis obſequi prorſus alacres ſunt & parati. Qui nihil faciunt libētiùs, quàm vt Chriſtiano, cōſultiſſimo, ampliſſimo ac prudētiſſimo Senatui (qui ex ſingulari numinis gratia penes vos eſt) vnanimem & concordem obedientiam præſtēt atque in omnibus tanquam beneuoli ciues morigerentur. 2.Cor 9. 1.Cor.15.

Hunc tam præclarum, ſtrenuum & Chriſtianum animum equidem illaudatum relinquere nequiui (quia virtutem gloria ſequitur) viſumque eſt hoc meo labore videlicet Chriſtiana explicatione Ioëlis Prophetæ, quam Auguſtæ pijs Fidelibus quàm fideliſſimè pro concione propoſui, veſtram circunſpectionem & prudentiam honorare, & edendam curare. Bonamq; in ſpem erigor hanc meam operam vobis placituram: quandoquidem inde non parùm conſolationis & doctrinæ in hiſce difficillimis temporibus haurire poteritis, vt creſcentes in agnitione Ieſu Chriſti viui Dei filij, feruentes in charitate Dei & fide Catholica, in ſancta & Chriſtiana vita & obediētia ſtabiles & firmati cum auxilio gratiæ diuinæ gloriam & honorem immarceſſibilem in cœleſti patria conſequi valeatis. Labor enim veſter planè Chriſto dignus, non erit inanis. Præpotens & beneficus Deus donet & concedat vobis in diebus veſtris pacem & veritatem vrbemq; & ciuitatem veſtram in Chriſtiana obedientia, tranquillitate & concordia ad laudem ſuam conſeruet, confortet & cuſtodiat, vſque in finem. Datum Auguſtæ 26. Februarij, Anno Domini 1557. Ephes. 4.

IOELIS PROPHETIA PRO CONCIONE EXPLICATA

ta per D. *Joannem Fabri ab Hailbrun Metropolitanæ Eccleſiæ apud Auguſtam Eccleſiaſten.*

CAPVT I.

HABENT Moyſen & Prophetas, audiant illos. Sic Abraham diuitem epulonem alloquitur, rogantem, vt mitteret Lazarum in domum patris ſui, ad quinque fratres ſuos, illique perhiberet ſeu indicaret grauia eius tormẽta, ne & ipſi venirẽt in illum tormẽtorum & ſupplicij locũ. Huic in hanc ſententiam reſpondebatur: Habent libros legis & Prophetarum, ex illis doceri poſſunt, quid credere, quid facere oporteat. Audiant illos auribus cordis per fidẽ & obedientiã, tunc ſecuri erũt ab his gehennæ ſupplicijs. Hæc verba & nobis aduertenda ſunt, vt iram Dei effugiamus. Moyſes inter cætera ſcripſit iudicalia & cæremonialia, id eſt, ſignificatiua præcepta, quibus aduẽtus Meſsiæ, eiuſq; paſsio &c. ſignificabatur ſeu præfigurabatur, quæ in eodem aduentu & præſentia Meſsiæ, ſacraque eius in cruce paſsione, cùm diceret, conſummatum eſt, ſuũ finẽ adepta ſunt. Vnde & Chriſtus dixit Matth. 11. Lucæ. 16. Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. Lex & Prophetæ miniſtris & famulis Dei temporalium bonorum affluentiã pro- *Lucæ 16.*

 miſe-

miſerunt. Ioannes verò cœpit annũciare bona æterna. Agite pœnitentiam, appropinquat regnum cœlorum. Et quia figura legis & promiſsio Prophetarum de Chriſto, ſunt in Chriſto adimpleta. Promiſſum enim Meſſiam Ioannes digito ſignificauit ſeu demonſtrauit, ac dixit: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. Hinc Chriſtus appellatur finis legis, & veritas facta eſt per Chriſtum Ieſum.

Math. 3. Marci 1. Luc. 3.

Rom. 10.

Sic cæremonalia, ſignificatiua & præfiguratiua pręcepta in Chriſto terminata ſunt, & quicquid per Moyſen in lege, in Pſalmis & Prophetis de Meſsia ſcriptum eſt, adimpletum eſt. Lucæ 24. Moyſes & Helias cũ Chriſto in monte Tabor locuti ſunt, per quos lex & Prophetæ denotantur. Hi non ſolùm Chriſto teſtimonium dederunt, tanquam Seruatori mundi, in quem credere debeamus, & tanquam illum agnoſcere & confiteri: ſed & Deum ex toto corde, & proximum ſicut nos ipſos diligendum, docuerunt: decem præcepta obſeruare, Deo ſeruire, eum timere, facere bonum & fugere malũ, pœnitentiam agere, vitam honeſtam & ſanctam ducere, miſericordiam, obedientiam, humilitatem &c.

Math. 17. Marci 9. Lucæ 9.

Deut. 6. Exo. 20. Mich. 6.

Eiuſmodi Sancta dogmata & moralia præcepta, per Moyſen & Prophetas docta & tradita, Chriſtus non abrogauit, ſed declarauit perfecteque & abſolutè ſeruari præcepit. Math. 5. 6. 7. & dixit. Niſi iuſtitia veſtra abundauerit pluſquàm Scribarum & phari-

Moralia præcepta Chriſtus non abrogauit.

pharizæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

In Moſaicis & Propheticis de Chriſto vero Meſsia, quod venturus eſſet, teſtimonijs fidem concernentibus & in moralibus præceptis, fideles, ſiue homines Moyſen & Prophetas audient: ne per infidelitatem, & iniquam ac prauam vitam ſuam, & cor pœnitere neſcium, ad diuitem illum Epulonem in tartareas flammas præcipitentur: Dixit enim Chriſtus Lucæ 13. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, Hoc fac & viues. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Pſal. 118. *Math. 19.* *Lucæ 16.*

Quando igitur omne malum augetur & inualeſcit, verſamurque & ſumus iam in eo tempore, de quo loquitur Apoſtolus 2. Timoth. 2. Erit tempus quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. 1. Timoth. 4. 2. Tit. 3. 2. Pet. 3. Multi pſeudoProphetæ ſurgent & ſeducent multos, & ſcandalizabuntur multi. Erit ſicut factum eſt in diebus Noë & Loth. Lucæ 17. Mat. 24. Ezechiel. 16. Atque hæc quidem oculis noſtris coram conſpicimus, omnes enim ſtatus ſunt peruerſi, & à legitimo ordine & εὐταξία receſſerunt. Quilibet ſuis inuigilat commodis, timor Dei, probitas & obedientia &c. ſublata ſunt, omniumque immaniſsima peccata *Poſtrema tẽpora ſunt periculoſa.*

& maximè deteſtanda flagitia laudi ducuntur, & inualeſcunt.

Hier.23. Pſal.51. Prou.2. Contemnitur ſacramentalis pœnitentia, nemo ſe vult agnoſcere, imò & gloriantur & iactant flagitia ſua, quæ Deum ad indignationem & iram incitant & commouent.

Peccata grauiter puniuntur. Legimus quàm horribiliter Deus peccata vindicauerit in veteri teſtamento, quibus peccatis & nos planè conſtricti & contaminati ſumus, & tamen Deus ex miſericordia & bonitate ſua non tam grauiter nos puniuit, vt commeruimus. Quod meritò nos ad pœnitentiam extimularet & commoueret. Rom. 2.

Peccatum ſequitur pœna. Populus Iſraeliticus murmurabat aduerſus Dominum, & miſit in eos Deus ſerpentes ignitos. Num. 21. Quo autem modo nos gerimus? Blaſphemamus Deum, eius ſanctos, & venerabilia Sacramenta. Aque adeò nihil rectũ putamus, quod Deus nobis facit, ſemper pergẽtes murmurare, planéque refractarij ſumus & rebelles ad omne bonum. Iſraelitæ in AEgyptum reuerti volebãt. Deus verò ita puniuit eos, vt 600000. viri morerẽtur in deſerto, nec peruenirẽt in terram promiſsionis excepto Ioſue & Caleph. Num. 14. In Baptiſmo quidem, Sathanæ, omnibus operibus & pompis eius abrenunciauimus, ſed regredimur in Ægyptũ ad opera Sathanæ, ad nidorem carnium, ad fœtentes cœpas & allia &c. id eſt, ad voluptates carnis & põpas huius mundi. *Num.11.*

Maria

Maria ſoror Moyſis murmurabat aduerſus Moyſen, & Deus lepra eam percuſsit. Num. 12. Core, Dathan, & Abyrō cum contemptu obmurmurabant Moyſi & Aaron. Deus verò horribili planè modo eorum rebellionem & inobediētiam puniuit. Abſorbuit enim terra Core, Dathan & Abyron, omnéſque vxores & liberos cū vniuerſa ſubſtantia ipſorum. Sed et ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum.

Prętereà igne abſumpti ſunt quatuordecim millia hominum ſeptingenti, qui murmurauerant aduerſus Moyſen & Aaronem. Num. 16.

Quales autem nos prębemus? Deſpicimus ſummos Magiſtratus: Papam appellamus Antichriſtum, Cæſares, Reges &c. tyrannos vocamus. Laudamus Sathanicum hoſtem, ſanguinarium Turcam præ Chriſtianis præpoſitis, ſumus inobedientes, peruicaces & rebelles ergà legitimam & ordinariam poteſtatem, cui tamen iureiurando ſumus obligati, concitamus ſeditiones, feralia inſtituimus bella, aduerſus Deum & omnia iura, citrà aſſenſum & permiſſum ſuperioris poteſtatis. Quiſque etiā pro ſua viuit libidine, veluti nullus foret rex in Iſraël, nec Deum, nec Magiſtratus reuerentes, ſed viles eos & contemptos habemus, omnia tum Chriſtiana tum politica & ciuilia inſtituta dehoneſtamus & calumniamur, ſciſmata & diſcordias excitamus. Iudic. 17.

Dilu-

Diluuio Deus vniuerſum orbem deleuit, octo duntaxat hominibus ſuperſtitibus Geneſ.6. quandoquidem ſecundum carnem viuebant, & vias ſuas corruperant, contemnẽtes Noë ad pœnitentiam exhortantem, qui circiter centum & viginti annos in exædificanda arca laborabat. Nos quæ molimur in omni genere, lachrymis potius egent quàm calamo. Quæ flagitia iam ad ſummum vſque non excreuerunt? Quando frequentiora adulteria, blaſphemiæ, pœnitẽtiæ contemptus, auaritia, gula, immiſericordia: Quando grauiores iniquioreſque vſuræ, quando perniciosiores & magis Ethnicæ præemptiones & propolia &c. fuere, atque hac noſtra tempeſtate?

Geneſ.19. Sodoma & Gomorrha omniſque circumiacens regio ſulphure comburebantur, quòd ocioſi, viuentes in ſaturitate panis & abundantia, immiſericordes, impuri erant & impœnitentes Ezec. 16. Eiuſmodi enormia peccata & nunc poſtremis hiſce temporibus inualuerunt Eſaiæ 10.

Quæritur Hieremias de Sacerdotibus & Paſtoribus cap. 1. Ezechiel cap. 34. Principes redarguit Eſaias ca. 1. Si conſideremus quorũdam Eccleſiaſticorum & ciuilium Præpoſitorum vitam, cõperimus grauia peccata. Sal Eccleſiaſticorum per inertiam & negligentiã curæ Eccleſiaſticæ euanuit, lux eorum per ſcãdaloſam vitam obſcurata eſt. Nullus Dei timor, nulla humilitas, nulla miſericordia, nulla iuſticia eſt in quibuſdam Principibus, omneſ-

Math.5.

omneſq; cauſas & negocia auaris quibuſdā, propria quęrētibus & immitibus Satrapis ſeu conſiliariis tractanda delegant, ſcrutantur quo pacto plurimas ditiones ác dominia acquirant ad pompam & ambitionem huius ſeculi, & obliuiſcuntur illam terram viuentium, æternam & cœleſtē Patriam noſtram.

Oza temerè arcam contingebat & ſubitania eū Deus morte percuſsit 2 Reg. 6. 1. Par. 13. Qua puritate nonnulli venerabilia Sacramenta tractent, Deo, & ipſorum conſcientiis probè notum eſt.

Superbientibus & peccantibus Angelis Deus non pepercit 2. Pet. 2. Quàm altū ſublimi noſtro ſpiritu conſcenderimus, nobilis Germania notabili damno experta eſt.

Primus homo ex Paradiſo in miſerias propter inobedientiam ſuam præcipitatus eſt. Magna noſtra inobedientia & diſcordia etiam Turcis omnibuſque populis cognita eſt & perſpecta.

Iam autem impoſsibile eſt, vt malitioſam vitam pœna non ſequatur, ſiue hic, ſiue in futuro, & tametſi tardus eſt Deus in vindicādo, eo tamen ſeuerior tandem eſt in puniendo.

Vt igitur ex diuino verbo ad pœnitētiam excitemur: nō enim vult Deus mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat. Ezech. 18. diſsimulatque peccata hominum propter pœnitentiam cap. 11. quod videre eſt in Niniuitis Dauide, Achas, &c. Si pœnitentiā egerit gens illa (inquit Deus) à malo quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnien-

nitentia ſuper malo quod cogitaui, vt facerē ei. Ieremiæ 18. Ea propter ad gloriã Dei, noſtri emendationem, conſolationemque & ſalutem fidelium, propoſui exponere ſanctum illum Prophetam Ioëlem, verum & Euangelicum pœnitentiæ præconem, qui non ſolùm de gratioſo & manſueto aduētu Chriſti Doctoris iuſtitiæ, & de conſolatoria Spiritus ſancti miſsione ſcribit, ſed & docet, clamat ac vaticinatur de horrenda poſtremi iudicij ſententia, vt per pœnitentiam nos præparemus ad diem illum terribilem, ne nobis ex inopinato ſuperueniat imparatoſque & impœnitentes inueniat ad æterna ſupplicia.

Hic Propheta planè ſerius eſt & grauis in prædicanda pœnitentia, ſalutis noſtræ ſitientiſsimus in doctrina, conſolationis pleniſsimus in promiſsione, quæ omnia ad noſtram doctrinam, correptionem & conſolationem ſcripta ſunt Rom. 15.

Textus ſic orditur.

Verbum Domini quod factum eſt ad Ioël filium Phatuel.

QVis hic fuerit Propheta, indicant hæc verba, nempe, Ioël filius Phatuel, qui & ipſe fuit Propheta. Nam iuxta regulam D. Hieronymi, patres Prophetis appoſiti etiam Prophetæ fuerunt. Sic Eſaias appellatur filius Amoz, Hieremias filius Helchiæ, qui erat de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathot in terra Beniamin, Ezechiel filius Buzi, Oſeas filius Beeri, Ionas filius Amitthai, Sophonias filius

Ierem. 1.

Iius

lius Chuſi, Zacharias filius Barachiæ.

Quibus autem Ioël prophetauerit, locutus ſit aut prędicauerit, indicat Hieronymus, prępuè tribui Iuda, Ieruſalē & Syon. Quantum verò ad literā attinet, reſpexit eius Prophetia etiam vniuerſum Iſrael, decem inquā tribus, vnde & nominatur Iſrael cap. 3.

Fames quoque de qua refert Ioël, nō ſolùm in Iuda, ſed & in toto Iſrael fuit. Mulier enim cuius filium defunctum Heliſæus reſuſcitauerat ex iuſſu eiuſdem Heliſæi ex terra Iſraël ſecedens, peregrinata eſt in terra Philiſthijm, quandoquidē fames illa ſeptē annis durabat in Iuda & in Iſrael. Cūq; ceſſante fame reuerteretur mulier, egreſſa eſt, vt interpellaret Regē pro domo ſua & pro agris ſuis, qui ipſa abſente ab aliis erant occupati: 4. Reg. 8.

Tēpus quo Ioël prophetauit, indicat Hieronymus, eodem ſcilicet tempore, quo & Oſeas, nimirum temporibus, Oziæ, Ioathan, Achas, Ezechiæ Regum Iuda.

Atque hic videmus diuinam & paternam prouidentiam, quam Deus illis exhibet, quos creauit & potiſsimùm quam curā gerat pro populo, quem ſibi peculiariter in populum ſuum delegit: Quouis enim tempore Deus Rectores & Prophetas miſit, qui populum ſuum ad bonum hortarentur, & propter peccata arguerēt. Sic miſit Noë, Melchiſedech, Abraham, Samuelē, Eſaiam, Ieremiā, Ezechielem, Danielem, Heliam, Helizęum, Moyſen, Aaron, Ioſue, Otheniel, Ahud, Sangar, Deborá, & Baruch, Gedeon, Thola & Iair, Iepte,

Elon,

Elon, Abdon, Sampſon, Dauid, Salomonē, Aza, Ioſaphat, Ezechiam, Ioſiam etc. quos Deus excitauit ad perfectionē & liberationem ſui populi. Hinc iam illud ſolatij petemus, ſi Deo tantæ curæ fuit Synagoga, ſiue populus veteris teſtamenti an in nouo teſtamento noſtri obliuiſci, aut nullam amplius curam habere debebit, pro populo acquiſito, pro filijs Dei, pro dilectis ſuis amicis, electis & cohæredibus Chriſti, pro quibus viuus Dei filius, homo factus eſt & crucis mortem oppetijt? Si de populo ſuo Iſraël dixit, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui: noſtri nullam habebit memoriam Deus Iſraël, qui propter nos è cœlo deſcendit, & in hanc miſeriarum vallem venit, ignominioſiſsimamque crucis mortem pro nobis ſubiuit: qui maior eſt Iona aut Salomone, quique promiſit ſe nobiſcum futurum vſque ad cōſummationem ſæculi. Mat. 28. qui noſter mediator, aduocatus, & propitiatio appellatur? Qui, cuſtodiēs Iſraël, non dormitat. Exiguum illū primæuæ Apoſt. Eccleſiæ cœtum admodum diligenter reſpexit. Tutatur & ſeruat etiamnum ſuos fideles, & magnificè & victorioſè conſeruaturus eſt, vſque ad conſummationem mundi. Aduerſus peccatum Chriſtus fidelibus ſuis gratiam per venerabilia Sacramēta & aduerſus tenebras errorum veritatem præparauit & reliquit, per ſacroſanctum verbum ſuum. Ad hæc dedit Eccleſiæ ſuæ quoſdam Apoſtolos, Euangeliſtas, Prophetas, paſtores & doctores, ijſque vt

Deus curam habet ſuorū fidelium.

Pſal. 136. *Ioan.* 3. *Philip.* 2. *Math.* 12. 1. *Tim.* 1. *Heb.* 7. 1. *Ioan.* 1. *Pſal.* 120. *Ioan.* 1. *Epheſ.* 4. *Luca* 10. 2. *Cor.* 5.

Vulnerati curam habeant grauiter mandauit, *2.Cor.3.* deditque illos nobis legatos plenaria poteſtate ad ædificationẽ myſtici corporis Chriſti, in quibus Spiritus ſanctus poſuit verbum reconciliationis, faciens eos idoneos miniſtros noui teſtamẽti ad quos dixit: Sicut miſit me pater & ego mitto vos. Io. 20. Qui vos audit, audit me. Ite do- *Luc. 10.* cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui vobis Mat. 18. Regite, paſcite, remittite peccata, ſoluite, &c. Mat. 16. 18. Qui nouit Deum, inquit Ioannes 1 Ioan. 4. audit nos. Chriſtus Petro Eccleſiæ curã delegat Ioan. 21. Paſce oues meas. S. ſanctus regimen fidelium epiſcopis demandat. Act. 20. Sic Pa. admonet Tim. depoſitũ cuſtodi, habeas diligentem curam & reſpectum eius quod tibi commmiſſum eſt. 1. Timoth. 6.

Exorientibus erroribus, Deus ſuos confirmat.

Sic neque abbreuiata eſt manus Domini, ſed *Eſaiæ 59.* & paternam ſollicitudinem gerit pro Eccleſia ſua, vt liberet eam ab omni aduerſitate. Quin & tempore Antichriſti in extrema neceſsitate Enoch & Heliam miſſurus eſt ad fidelium conſolationem. Malach. 3. Apoc. 11.

Tametſi iam multi fuerint errores, ſemper tamen Deus ſuos ſyncera & ſana doctrina cõfirmauit, ne iuſti manus ſuas protenderent ad peccatum, atque vt per ignem & aquam tranſeuntes ad coronam vitę probarentur 1. Corint. 11. Cypriano reſpondebatur, pacem venturam eſſe Eccleſiæ. Sed quòd interim morula eſſet, ſupereſſe aliquos qui probarentur. libr. 4. Epiſtol. 4.

Magna inopia paſtorum animarum. Hodie pij ſummam paſtorum inopiam planè dolenter deplorant, tam magnā eſſe meſſem & tam paucos operarios. Hæc inopia non ex
Math. 9. Deo ſed ex nobiſipſis prouenit. Alii profligant
Lucæ 16. & exterminant Noui teſtamēti prophetas, hoc
1. Cor. 14. eſt Catholicos ſacrarum ſcripturarum Doctores, auertentes auditum à veritate. Alii habent donum & gratiam à Deo prædicandi, docen-
2. Tim. 4. di, conſolandi, arguendi &c. ſunt Eccleſiæ miniſtri, ſed non ouium aut animarum ſuſtinent eſſe paſtores, ſubterfugiunt laborem, quærunt leuia & ocioſa miniſteriola, defodiunt talentum ſuum in terram. Hi ſanè in ani-
Math. 25. mum inducerent & conſiderarent magnam neceſsitatem & inopiam Paſtorum. Facilè eſt canere, legere, Altari ſeruire, Sacramenta diſpenſare, cæterum verbo Dei paſcere, docere, confortare, conſolari, increpare &c. redemptas ouiculas, & fideles per puram & ſanam doctrinam in patriæ cœleſtis ouile perducere, oppido quàm neceſſarium eſt & admodum ſalutare.

Presbyteri qui benè præſunt, inquit Paulus 1. Timoth. 5. duplici honore digni ſunt, maximè qui laborant in verbo & doctrina: hi enim ſe, & audientes ſaluos reddunt 1. Timoth. 4.
Math. 9. O quot ciuitates, pagi & vici ſunt, vbi nulli
Eſaiæ 3. paſtores, eunt ſicut oues non habentes paſto-
Thre. 4. rem, non audiunt verbum Dei, non eſt panis
Amos. 8. verbi Dei in domibus eorum, paruuli petunt panem & non eſt qui frangat eis. O verè magnam famem audiendi verbum Dei. Illi quibus ea pars commiſſa eſt, auaritia & priuato quæſtu

adducti magis inquirunt de redditibus, vectigalibus, tributis, multatiis pecuniis, decimis, operis & ſeruitijs, quàm de bonis, doctis & Catholicis paſtoribus habendis. In eiuſmodi negligentes ac deſides præpoſitos durum & horrendum erit iudicium Sap. 6.

Neque etiam exigua huius inopiæ cauſa eſt, quòd ſcholæ Catholicæ abolentur, earumque loco hæreticę eriguntur, in quibus iuuẽtus falſa doctrina penitus peruertitur, inficitur, & ad Catholicam doctrinam hoſtiliter perſequendam inſtruitur. *Inopia paſtõrum vnde proueniat.*

Quin & promiſcua vulgi multitudo hãc inopiam adauget. Neque enim curant filios erudiri ad ſacerdotale ſeu concionatorium munus obeundum. Omnes negociationibus applicari oportet, linguas & idiomata addiſcere, ad quęſtum priuatum & rem familiarem augendam. Diſcunt arithmeticen, rationeſque & cõputos ſubducere, priuſquam norint orare. Omnia ad opes & mundi faſtũ diriguntur. Quando igitur Eccleſiaſtę Catholici decedunt, quis animas famelicas paſcet? Quando orthodoxi & legitimi ſacerdotes profligantur, quis miſero peccatori Sacramentalem abſolutionẽ impartiet? Quis cibabit fideles carne & ſanguine Chriſti in venerabili Sacramento, quandoquidem nemo illud conficere poteſt, niſi legitimus Sacerdos ex Chriſti mandato, & operatione Spiritus ſancti?

Quocirca rogandus eſſet Deus, vt fideles operarios mitteret in meſſem ſuam. Luc. 10.

Verba prooemij noſtri Prophetæ accuratius

perſcrutabimur: magna enim in illis latēt myſteria. Verbum Domini quod factum eſt ad Ioël filiū Phatuel. Quo ſubindicat, ex cuius mandato verbum ſuum loquutus ſit. Non ſeipſum venditat, ſed ait verbum Domini ſibi delegatum, vt annunciet ad profectum & ſalutē populi. Sic factum eſt verbum Domini ad Eſaiā, Hieremiam Ezechielem, Danielem, Heliā, Samuelem, Helizęum, ad Ioannem Baptiſtam, ad Apoſtolos, ad Paulum &c. Nemo ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, inquit Paulus Heb. 5.

Nemo æmularetur verbū Dei prædicare, mūdū docere vel arguere &c. niſi legitimè ad hoc vocatus, vt omnia honeſtè & ſecundum ordinē fierēt 1. Cor. 14. Dominus vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua Math. 25. Moyſes mādatum ſuum ſuſcipiendum reddit dicens Pharaoni ſe à Deo miſſum, quod & magnis miraculis potenter declarauit Exodi 5.

Chriſtus mittit ſuos Apoſtolos, dans etiam illis poteſtàtem faciendi miracula, Marci 16. Math. 10. Paulus quoque de ſui apoſtolatus ſigno loquitur 2. Corint. 12. Quomodo prędicabunt niſi mittantur Rom. 10. Si verbum Domini non fruſtra regredietur aut redibit ad Deum. Si munus Eccleſiaſticum aliquem fructum producet, oportet legitimam miſsionem ſiue legationem præcedere. Quamobrem nulla ſequitur vtilitas aut fructus ex prædicationibus eorum, qui ſemetipſos abſque omni legitimæ poteſtatis mandato conſtituunt. Quæritur Deus apud Hierem. aliquos cucurriſſe, quos ipſe

Eſaiæ. 55.

Nemo prædicandi munus citra legitimam vocationem ſuſciperet.

Hier. 23.

ipſe non miſiſſet. Eiuſmodi præcones multas anxietates neceſsitateſque excitant, magnam etiam perniciem tum corpori, tum animæ adferunt,quod Germania (prô dolor) mediocriter perſenſit.

Niſi ſectarum ferociam ſubuererer,equidem iuxta verba Chriſti;eos fures & latrones appellarem,quotquot ſemetipſos peruicaciter ac temerè abſque omni Chriſtianæ poteſtatis mandato in docendi functiones ingerunt & venditant. Ioel quoque ſuam doctrinam ſpectabilẽ reddit,quòd Domini, nõ autem ſuum verbum proponit. *Ioan.10.*

Nam ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri loquitur in vobis. Ecce dedi verbum meum in ore tuo &c. *2.Petr.1. Math.10. Eſaiæ51.*

Effectus verbi Dei.

Eiuſmodi verbum,quod Deus proloqui mãdat, & quod Spiritus ſanctus Doctor veritatis in Eccleſia docet & inſpirat , illud fructũ producit. Eſt etiam quaſi ignis & quaſi malleus conterens petras, Ier. 23.

Ionas annunciat pœnitentiam Niniuitis ex mandato Dei, ſuſcipiunt verbum, credunt, ieiunant, auertuntur à malo, & Deus illis parcit, Ionæ 2.

Petrus in die Pentecoſtes docebat exinſtinctu Spiritus ſancti,& conuertebantur tria millia hominum &c. Actor.2. Eccleſia habet ſuos doctores, Paſtores & Prophetas, quotquot eorum doctrinam ſequuntur, perducuntur ad fidei vnitatem, ad obediẽtiam & iuſtitiam chriſtianam,ad rectũ & ſalutarem vſum ſacramen-

torum,& ad pacificam, tranquillam,modeſtā, & ſanctam vitam.

Qui verò à catholica doctrina deficiunt,ſuoq́ue ingenio conficta paradoxa nouiterque adinuenta pro verbo Dei adferunt (prout faciunt omnes quotquot diuinum verbum in alium ſenſum & intellectū contorquent, quàm ſcriptum ſit, & Eccleſia nobis explicet & proponat) eiuſmodi doctores corpori & animæ exitium parāt, faciuntque exareſcere omnem virtutem, & plantant omnem proteruiam & rebellionem. Hos diuini verbi deprauatores appellat Apoſtolus canes, malos operarios, conciſionem, Phil. 3. Arrius lætiferam ſuam doctrinam pro verbo Dei populo obtrudebat aduerſus communem intellectum & fidem vniuerſi orbis Chriſtiani: Acerbum & execrabilem eius fructum populus Chriſtianus ſatis perſenſit. Ita de omnibus ſectis dici poteſt, quæ ſuos nouiter effictos errores tanquam verbum Dei iactitarunt. Eiuſmodi fuco pſeudopropheta Sedechias Regem Achas fefellit, vt capitis ac vitæ diſpendium faceret, 3. Reg. 22. Et pſeudopropheta ille ſeducebat & circumueniebat piū illum Prophetā, vt à leone occideretur. 3. Reg. 13. Poſſent huc complura horrenda exempla referri, quam multę horribiles virorum ſtrages, præterea locorum hominumq́ue vaſtationes, contigerint, & falſam doctrinam ſecuta ſint, quòd nonnulli erroneam doctrinam pro verbo Dei protulerint.

Quocirca loquitur Ioël verbū Dei, ex hoc ſequitur fideliū emendatio. Quo autē pacto hoc

verbum

verbum ad Ioël factum ſit, facilè colligi poteſt. Eſt verbum inſpiratum, verbum incarnatum, verbum exaratum. De hoc verbo, Ioan. 20. Hæc ſcripta ſunt vt credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus &c. Et Rom. 15. Quęcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. 1. Corinth. 10. Hæc ſcripta ſunt ad correptionem noſtrã. Io. 5. Scrutamini ſcripturas &c. 2. Tim. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt vtilis ad docendum, ad arguendum ad corripiendum &c. 2. Pet. 3. Chariſsimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis &c. 1. Ioan 3. filioli hæc ſcribo vobis vt non peccetis &c. *Verbum Dei eſt tripartitũ*

Quamuis animus veri Chriſtiani, credentis ex vera fide, facilè credit voci diuinæ, quæ intrinſecus loquitur ac docet. Sic ſanè Deus diuerſimodè loquitur hominibus.

Aliquando reuelat, docet & loquitur Deus per ſuos prophetas. *Pſal.* 44. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. Et Eſaiæ 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam. Spiritus Domini locutus eſt per os meum & verbum domini per linguam meam. Nonnunquam loquitur Deus per Angelos ſuos, etiam per filiũ ſuum, qui in ſancta humanitate ſua eſt viſibilis factus. Heb. 1. Aliquãdo per Apoſtolos. Loquitur etiam per Eccleſiam ſuam, & ſacras ſcripturas vſque in hodiernum diem.

Eſt & verbum incarnatum, Ioan. 1. Verbum caro factum eſt.

Eſt præterea verbum inſpiratum: de quo Hier. 3. Dabo legem meã in viſceribus eorũ, & in

corde eorum ſcribam eam. Iudæi non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. Actor. 6.

Hoc verbo primæua Eccleſia docta & inſtructa eſt, priuſquam quatuor Euangelia ſcripta fuerũt. Spiritus patris veſtri loquitur in vobis. Et Paulus 2. Corint. 13. Qui in me loquitur, Chriſtus. 2. Corint. 11. Eſt veritas Chriſti in me. Super hoc inſpiratum verbum fundamus etiã legitimam ſiue ordinariam diſpenſationem ſeptem Sacramentorum, rectum & genuinum ſenſum & intellectum Scripturarum, præclaraſque Eccleſiæ traditiones: imò rectam, vnicam, Catholicam, Apoſtolicam & Chriſtianam fidem, quam Apoſtoli ex inſpiratione Spiritus ſancti prædicârunt, iuxta promiſsionem Chriſti, Mittam vobis Spiritum veritatis, qui docebit vos omnem veritatem, Ioannis. 16.

Vnde Hieronymus in epiſtola ad Pammachium: Symbolum, inquit, fidei noſtræ non ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis.

Quocircà temerarium, ſchiſmaticum, & vanum eſt, ſi dicamus: Non eſt ſcriptum vt hoc vel illud faciamus aut credamus. Eiuſmodi argumentum ab authoritate negatiuè, catholicæ fidei aduerſarijs admodùm eſt familiare, quo multos pernicioſos errores excitârunt. Arrius nolebat credere filiũ Dei eſſe ὁμούσιον, conſubſtantialem vniuſque naturæ & eſſentiæ cũ Patre, eò quod illud, ὁμούσιον nuſquam ſcriptum comperiret.

Familiare eſt ſectis, dicere, Non eſt ſcriptum.

Ioan. 10.

Nos

Nos autem complurima credimus ex inſtructione Spiritus ſancti, qui per Apoſtolos locutus eſt eorúmque doctrinam magnis miraculis cõfirmauit, tametſi expreſsis verbis omnia ſcripta non ſint. Baptizamus infantulos, operarum ferias agimus die Dominico etc. iuxta traditionem Apoſtolicam non legitur Melchizedech habuiſſe patrem aut matrem, an ideò fuerit ſine patre & matre? *Mar. 6.* *Hebr. 7.*

Quatuor Euangeliſtæ non ſcripſerunt Chriſtum hæc verba protuliſſe, Beatius eſt dare quã accipere, ideóne Chriſtus ea non dixiſſe cenſebitur? De hoc cõſulatur Apoſtolus Paulus Act. 10. D. Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 4. inquit: Quid ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias?

Oportet & traditione vti, inquit Epiphanius, non enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſunt, qua propter aliqua in ſcripturis, aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt etc. lib. 2. contra hæreſes, contra Apoſtolicos hæreſi. 61.

Non omnia ſcripſerunt Apoſtoli, ſed multa ſine ſcripturis inſtituerunt, eadem fide digna ſunt tam illa quàm iſta, inquit Chryſoſtomus in 2. Epiſtolam ad Theſſal. cap. 2.

Proinde fides noſtra Chriſtiana haud quaquam ab anſerum pennis dependet, neque omninò ſoli externæ literæ alligata eſt. Legatur Irenæus lib. 3. cap. 4.

Quas ſcripturas ſancti patriarchæ (quos &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Paulus ex parte nominat Heb. 11.) ab Adam vſque ad Moyſen habuerunt? Quem prophetam aut librum legit Noe? vnde Abraham fidem didicit, aut Loth, Iſaac, Iacob etc. ex quibus ſcripturis, ex quibus libris? Ex cuius Euanliſtę libro primi Chriſtiani, quorum multa millia ſanguinem ſuum propter fidem Chriſtianã profuderunt, fidem ſuam legerunt ac didicerunt? nondum ſiquidem ea tempeſtate vllum adhuc Euangelium erat conſcriptum. Nam octauo demum anno poſt Chriſti aſcẽſum Mathæus ſuum Euangeliũ ſcripſit in Iudæa. Marcus in Italia, decimo: Lucas in Bythinia, decimoquinto: Ioannes in Aſia trigeſimo ſecundo anno poſt aſcenſum Chriſti, iam ſenio confectus.

Prętereà legit ac diſcit ſancta & Chriſtiana Eccleſia fidem ſuam, non ex ſcripturis tantum, verum ex inſtinctu & ſecretis ſuggeſtionibus ſpiritus ſancti, qui illam docet omnem veritatem. *Ioan.16.*

Huic ſanctæ Eccleſiæ obſequẽter audiemus, non in illis duntaxat, quæ ſcripta ſunt, ſed in omnibus quæ credenda & ſeruanda docet & proponit, non enim poteſt errare, cùm ſit colũna & fundamẽtum veritatis, cum qua & Chriſtus manet vſque ad conſummationem ſæculi, Math. 28. Ioa. 14. Vnde Chriſtus non dixit, qui ſcripturam audit, me audit: ſed, qui vos audit me audit. *2.Tim.3.* *Lucæ 10.*

Eccleſia quoque ſacras ſcripturas nobis tradidit ac demonſtrauit, atque etiam præcepit eas ipſas pro ſacris ſcripturis credere & ſeruare.

Et

Et qui hanc ſanctam Eccleſiam audire noluerit, per quam ſpiritus ſanctus loquitur ac docet, cenſebitur nobis tanquam Ethnicus & *P*ublicanus Math. 18. Eiuſmodi Euangelium & ſecreta inſpiratio Spiritus ſancti eſt operta in ijs qui pereunt, 2. Cor. 4. Abſcondit etiam Deus à ſapientibus & prudentibus. Quapropter omnibus fidelibus neceſſarium eſt verbum inſpiratum, per quod verbum exaratum nobis vtile eſt & ſalutare, ſine quo etiam idem verbum exaratum intelligi non poteſt. Litera occidit, inquit *P*aulus, ſpiritus autem viuificat, 2. Cor. 3. Chriſtus aperuit apoſtolis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. 24. Hic veritatis doctor humili corde erit inuocandus vt oſtium veri intellectus verbi Dei nobis aperiat ad æternam noſtram ſalutem. Humilibus largitur ſapientiam & intellectum. Huiuſmodi inſpiratum verbum factum eſt ad Ioel. *Matth. 11.* *Coloſ. 4.* *2. Theſ. 3.* *Pſal. 118.*

Magnum adhuc prætereà myſterium, & ſpirituale quoddam melicratō ex primis prophetæ verbis elici poteſt.

Verbum Domini, quod factum ad Ioel.

*P*ro vocabulo, domini, Hebræi legunt nomē τετραγράμματον (iehoua) quo nomine Chriſtus, Meſſias, filius Dauid nuncupatur, Deus in natura, in ſubſtantia & eſſentia, Hier. 23. 33. Quoniam igitur huiuſmodi verbum ad *P*rophetas factum eſt, non ſolum humanitatem Dei, ęterni verbi, ex illuſtratione Spiritus Sancti annunciarunt, ſed & humani generis redemptionem per hoc ęternum verbum

agno-

agnouerunt. vnde appellantur Videntes, ſiue
1.Reg.9. Prophetæ, Act. 10. Huic omnes Prophetæ teſti-
2.Par.16. monium perhibent. Sic quia verbum Domini
factum eſt ad Abraham de benedicto ſemine,
vocatur & ipſe Propheta, Geneſ. 20. Deus ait ad
Abimelech, Redde viro ſuo vxorem, quià pro-
pheta eſt. Hic diem domini vidit & gauiſus eſt,
Ioan. 8. Factum eſt verbum Domini ſuper Io-
annem in deſerto, Luc. 3. Hic à Chriſto dicitur
pluſquam propheta, Matth. 11. Agnouit etiam
hunc agnum Dei ablaturum peccata mundi,
Ioan. 1. Plurimum differunt, quando ſcriptura
ait, factum eſt verbum Domini ad Ioël: &, Lo-
cutus eſt Dominus ad Moyſen. In prophetis le-
gitur, Verbum Domini factum eſt: Verum in le-
ge, locutus eſt Dominus ad Moyſen. In lege nō
legitur verbum domini factum eſt ad Moyſen,
ſed in prophetis admodum eſt frequens. Quic-
quid enim Deus loquitur prophetis, de myſte-
rio ſalutis humanæ per Chriſtum, eſt irreuoca-
bile, veluti ea quæ iam facta ſunt aut futura.
Lex verò cum quadam differentia ſeu condi-
tione lata eſt. Si audieritis vocem meam, & cu-
ſtodieritis pactum meum, eritis mihi in pecu-
lium de cunctis populis, etc.

Differentia inter Dominus locutus eſt: & verbū Domini factum eſt.

Cæterùm quia non audituri erant vocem
domini nec fœdus illius ſeruaturi propter quod
non eſſent populus peculiaris, idcircò nō dici-
tur in lege, Verbum domini factum eſt etc.
Ad hæc ſermo Domini ad Moyſen præte-
rit: Verbum autem domini ad Prophetas, ma-
net in æternum. Loquebatur Deus ad Moyſen
de Sacrificijs, ſiue oblationibus, & typicis cære-
moniis,

monijs,de lotione etc. Sed quoniam hæc erant ſignificatiua & prætereuntia, eà propter non dicendum erat, Verbum domini factum eſt ad Moyſen, Quod verò ad Prophetas dictum, futurum erat, ideoq́ue dicitur, Verbum domini factum eſt etc. Sic loquitur Ioel de miſsione Spiritus ſancti cap. 2. & de extremo iudicio in valle Ioſaphat, cap. 3. etc. Quæ adeò certa ſunt, vt dicatur, factum eſt verbum. Cœlum & terra tranſibunt, inquit Chriſtus, verba autem mea non tranſibunt, Luc. 21.

Ioel fuit Deo acceptus.

Secundò colligimus Ioelem domino Deo fuiſſe acceptum & vitæ ſanctæ. Omnes enim de quibus legitur, domini verbũ ad ipſos factum, ſancti & iuſti fuerunt. Vnde Chriſtus ait Ioan. 10. Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra, Quia ego dixi, Dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura etc. Sic factus eſt ſermo domini ad Abraham: Non erit hic hæres tuus, Gen. 15. Factum eſt verbum domini ad Eliam, 3. Reg. 17. Factum quoque ad Eſaiam cap. 38. ad Hieremiam, c. 1. 2. etc. ad Ezechielem cap. 6. 7. etc. ad Oſeam, cap. 1. etc. ad Ionam, ad Micheam, ad Sophoniam, ad Aggæum, ad Zachariam: Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem in deſerto, Luc. 3. Sic factum eſt verbum domini ad Ioel etc. Quibus autem dominus locutus eſt, hi non omnes habent ſanctitatis & iuſtitiæ teſtimonium. Loquebatur Deus cum Cain, Gen. 4. Dominus loquebatur cum Achas, Eſa. 7. loquebatur cum Balaam, Num. 22. etc. Non tamen eò inferior eſt Moyſes prophetis, quòd Deus cum eo locu-

tus

tus ſit,& non legatur, Verbum domini factum eſſe ad Moyſen. Per hoc enim denotatur gratiam Euangelicam multò eſſe digniorem lege. Moyſes reſpicit vmbram & figuram: Prophetæ verò eloquia ſua direxerunt in gratiam Chriſti, annunciationem Euangelij, remiſsionem peccatorum per Chriſtum, miſsionem Spiritus ſancti etc. Moyſes loquitur de externo & typico cultu: Prophetæ de vero & ex corde proueniente cultu loquuntur. Moſaicus cultus abolетur, cordis cultus permanet. Nunc audiamus, quale verbum domini factum ſit ad Ioel prophetam.

Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ.

His verbis excitat propheta animos hominum, vt ſedulò attendant ad verba quæ dicturus eſt. Eſt enim profectò aliquid magnificum dicturus, quòd in procemio tam acri & ſeria vtitur exclamatione. Audite hoc iuuenes & ſe-
Ezech. 18. nes, imò omnes habitatores terræ. Non vult Deus mortem peccatoris, vt pereat, ſed vt pœnitentiam agat ad ſalutem. Vultis igitur Deum propitiũ, qui vobis parcat, aperite aures cordis ad audiendũ, vt cognoſcatis, quæ ſit benigna Dei voluntas, quid ei acceptũ. Eiuſmodi ſeriam admonitionem habebat Chriſtus, Luc.
Rom. 10. 8. Qui habet aures audiendi, audiat. In hũc modum & Ioel exclamat. Audite ſenes, vt in bono perſeueretis vſque ad finem: Auribus percipite omnes inhabitatores terræ, vt ex verbo Dei ad pœnitentiam commoueamini. Per ſenes intelligi poſſunt, qui in fide conſenuerunt, qui benè viuen-

Qui per ſenes & inhabitatores terræ intelligantur.

viuendo Deo ſeruiunt, qui ſapientes ſunt & prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Per inhabitatores terræ intelliguntur terrarum & corporalium rerum amatores, quique in ijs oblectantur, quorum Deus venter, Philip. 3.

Sic & Eſaias clamat, cap. 1. Audite cœli & auribus percipe terra. Cœlos dicit, quos Ioel nominat ſenes, quorum conuerſatio eſt in cœlis, qui etiam ſenes appellantur propter cordis & animi caniciem, propter maturitatem ſenſuum, conſiderant quæ faciunt, in quibus eſt experientia & circonſpectio. De quibus Sap. 4. Senectus venerabilis eſt non diuturna neque annorum numero computata: cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.

Hinc Sacramentorum diſpenſatores *Preſbyteri*, id eſt, ſenes appelantur, non propter ætatem, ſed propter dignitatem, induſtriam, ſapientiam, ſcientiã, officium, grauitatem, quam habere debent. Sunt enim ſal terræ & lux mundi, & eſſe debent forma gregis Chriſtiani. Sic Timothæus ſenior, ſiue presbyter vocabatur, licet iuuenis eſſet, ad quem Paulus dicit: Nemo ætatem tuam contemnat. Per terram intelliguntur mali, qui ſenſus & animos ſuos intendunt ad deſideria carnis, oculorum, & ad ſuperbiam vitæ. Terra, terra, terra, exclamat Hieremias audi ſermonem Domini. Homo prouenit ex terra, viuit ſuper terram, & reſoluitur in terram.

Sacerdotes, presbyteri, id eſt, ſenes appellantur. *Matth. 5.* *1. Pet. 5.* *1. Tim. 4.* *1. Ioan. 2.* *Hiere. 22.*

Columna Danielis quæ ſuperius aurea & *Daniel. 2.*

argen-

argentea in medio ænea & ferrea, inferiùs ſictilis deſignat homines in poſtremis tempeſtatibus, admodum malos & terrenos fore, quales fuerūt temporibus Noe & Loth. Quocirca admonet Ioel ſenes & habitatores terræ, vt audiāt verbum domini. Non enim mali duntaxàt egēt correptione, vt à malo recedāt & faciant bonū: ſed & ſenes, hoc eſt probi & integri egent purâ & ſana doctrina, vt in bono confirmati, perſeuerent vſque in finem, & qui iuſti ſunt, iuſtificentur adhuc ad vitam æternam. Sic tametſi iuſtis lex poſita non ſit, vt Paulus ait (intelligendum de coactiua) habent tamen legem directiuam, qua diriguntur & formantur ad perfectionem.

Apoc. 22.

Duabus hiſce rebus vtitur cœleſtis noſter Samaritanus, per diſpenſatores ſuos Eccleſiaſticos, habet oleum conſolationis, propter iuſtos, & vinum correptionis propter malos. Sic Paulus dicit Sacram ſcripturam vtilem eſſe ad docendum, ad arguendum etc. 2. Tim. 3.

Quid verò audiemus? Sequitur in textu.

Si factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum. Super hoc filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

Hoc eſt, talem famem & caritatem immittam, qualis nunquam fuit: vehementer enim Deus offenſus eſt. Ac tametſi Exod. 10. dicatur de locuſtis, quæ omnia vaſtabant apud Æpyptios, quales antè illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ, tamē hæc vindicta exiguo tempore

pore durauit. Nam feſtinus *P*harao vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis: *P*eccaui in dominum Deum veſtrum, & in vos. Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam. Egreſſusque eſt Moyſes de conſpectu *P*haraonis, & orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſsimum, & arreptam locuſtam proiecit in mare rubrum: non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti, etc. Cæterùm plaga locuſtarum de quibus loquitur Ioel, durauit ſeptem annis per vniuerſam Iudæam & Iſrael.

*P*oſſunt etiam per locuſtas etc. barbaræ & feroces gentes ſeu populi intelligi, qui populum Iudaicum & Iſrael diuturno tempore afflixerunt & perſecuti ſunt, prout poſtmodum audiemus.

Hanc plagam & perſecutionem iubet patribus Ioel, vt filijs ſeu liberis ſuis annunciēt, de generatione in generationem, quò Deum timere, à malo diſcedere, & ſecūdum Dei voluntatem viuere diſcant.

Neque enim tantùm Dei beneficia narranda & conſideranda ſunt, vt ei gratias agamus tanquam patri omnis miſericordiæ, & Deum totius conſolationis diligamus: ſed & correptiones & afflictiones diuinæ iræ hominibus proponendæ ſunt, vt Deum timere diſcamus. 2.Cor.1.

Sic fideles eorum quæ in nouo teſtamēto facta ſunt, admonentur, vt ſeriam denunciationem habentes, ſanctè & iuſtè viuendo effugiāt

formidabilē Dei iram. Quomodo enim effugiemus irā Dei, ſi tātā neglexerimus ſalutē? Paulus adducit horribilem Iudęorum caſum, Rom. 11. Petrus lapſum Angelorum, quo exemplo etiā Chriſtus ſuos diſcipulos detinet à faſtu & ſuperbia, Luc. 10. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Refert pręterea Chriſtus de vxore Loth, Luc. 17. Memores eſtote vxoris Loth. Sic nō ſolū de hominis creatione, verum etiam de exitioſo & abominabili eius lapſu dicendum foret, in quas miſerias per peccatum ſuum deuenerit, Prou. 14. Rom. 5.

Hebr. 2.

Pœnæ maiorum nobis erunt in cautelam.

De diluuio quo vniuerſus orbis octo duntaxat hominibus ſeruatis, abſorptus ſit: quomodo Deus Sodomā & Gomorrham igne vaſtauerit. Quomodo terra Core, Dathan & Abyron etc. deuorauerit. De lepra ſororis Moyſi, *D*e ignito ſerpente in deſerto. *D*e ſupplicio eorum qui vitulū aureum adorarunt. *D*e pœna adulterij etc. Quæ omnia ad noſtrā doctrinam & correptionem ſcripta ſunt, dicente Apoſtolo, 1. Cor. 10.

Mandabat *D*ominus Iſraelitis, vt horribiles plagas quibus afflixerat Ægyptios: & beneficia, quæ populo ſuo in Ægypto exhibuerat ac declararat, filijs ſuis enarrarent ac dicerent. Et in perpetuam eiuſmodi beneficiorum memoriam immolarent & conſtituto tempore comederent agnum Paſchalem, Exod. 12. Vbi itidem *D*eus dicebat: cùm dixerint vobis filij veſtri, etc.

Sic Apoſtoli beneficia, quæ *D*eus per vnigenitum filium ſuum in ſancta illius humanitate, in Sacramentis, verbo diuino, acerba

paſsione ac morte etc. perdito peccatori exhibuit, ſuis diſcipulis fideliter demonſtrarunt & indicarunt. Apoſtolorum autem ſectatores ſuis diſcipulis, ea quę ab Apoſtolis audierant & perceperant, retulerunt: ſuntque eiuſmodi de generatione in generationem, per ordinariam ſucceſsionem vſque ad nos perlata. Chriſtus multa fecit, docuit, & locutus eſt, quę non ſcripta ſunt in libro hoc, inquit Ioannes. Quin & multa adhuc habebat Chriſtus dicere Apoſtolis, ſed nō poterāt id tēporis portare. Verū ſpiritus ſanctus poſtmodum Apoſtolis inſpirauit, qui deinde eiuſmodi myſteria ſuis quoq; diſcipulis expoſuerūt. Marcus in hiſtoria ſua Euāgelica ſcripſit ea quæ Romæ ex Petro audiuit. Sic Lucas ſcripſit quę ex Apoſtolis audierat quemadmodum ipſe atteſtatur in prologo ſuo.

Ioan. 21. *Ioan. 16.* *Multa ad nos peruenerunt per traditionem.*

Ex eo ſequitur fidem noſtram non per ſcripturam tantum ad nos perueniſſe, verumetiam per traditionem & viuam vocem, ita vt traditio fuerit ante ſcripturā. Quemadmodum illud teſtatur priſcus ille Eccleſiæ *D*octor *I*renæus, lib. 4. cap. 4. Vincētius Lirinēſis, qui vixit anno domini 303. Sic Petrus quædam oretenus expoſuit Clemēti, Marco, Lino, Cleto, Marcello etc. Ioānes Ignatio. Paulus *D*ionyſio, *P*olycarpo. *D*einde Anacleto, *I*renæo, Marſilio, Cypriano, Hilario, Origini, Athanaſio, Euſebio, Epiphanio, Nazianzeno, Chryſoſtomo, Baſilio, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, *D*amaſceno, Cyrillo, *S*edulio etc. Qui omnes fuerunt lumina ciuitatis *D*ei, quemadmodū eos nominat Auguſtinus, lib. 1. cōtra Iu-

lianum cap. 2. Eiuſmodi oretenus facta traditio gradatim & per ſucceſsionem ad nos deuoluta eſt. De hac ait Auguſtinus ad Iannuarium li. 1 cap. 1. Illa quæ non ſcripta ſed tradita cuſtodimus, quæ quidē toto terrarum orbe obſeruantur: datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri. Hæc eſt Catholica fides, inquit ſanctus martyr Vigilius, quā Apoſtoli tradiderunt, quam etiam fideles hucuſq; ſeruant & confitentur. Chryſoſtomus in 2. Epiſtolam ad Theſſal. cap. 2 inquit. Non omnia ſcripſerunt Apoſtoli ſed multa ſine externa litera docuerunt.

In eandem quoque ſententiam loquitur Auguſtinus epiſtola 108. Paulus admonet Timotheum, vt recordationē accipiat eius fidei quæ habitarat in auia eius Loide & matre eius Eunice. 2. Timoth. 1.

Nazianzenus oratione 24. inquit. Oues meę vocem meam audiunt, quam è diuinis audiui verbis, quam à Sanctis didici patribus quam & pariter omni docui æuo etiam cùm tempora nequaquam ſe his conformarent, ſed nec docere ceſſabo ea cum quibus natus ſum & cum quibus ſum abiturus. D. Paulus loquitur de Apoſtolica & veteri traditione, Act. 15. 16. Admonet quoque Theſſalonicenſes, tenere traditiones, quas didiciſſent, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.

2. Theſ. 2.

Quocircà diligenter animaduertendum eſt quod ait Ioel, Filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ.

De

De progenie in progeniem, vt adimpleatur, quod Dauid inquit Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum (quæ geſſerunt Apoſtoli) & in fines orbis terræ verba eorum. Nam & Chriſtus pro illis rogauit, qui per verbum Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum credituri erant in ipſum, Ioan. 17.

Sic verbum Dei & concors illa ſeu vnica Chriſti fides ad nos in Germaniam peruenit, per diſcipulos Apoſtolorum. Colonia & Treuiris audierunt à Materno & Valerio: Moguntiũ à Bonifacio: Herpibolis à Kiliano: Auguſta à Lucio, Narciſſo, Vlrico: Argentoratum à Florentio: Bauaria à Ruperto: Conſtantia à Conrado: Aiſtadium à VVilibaldo: Freyſinga à Curbiniano: Banberga à *B*urckhardo: Spira ab Ieſsio: Metis à Remigio ect. vt ſcirent poſteri, & filij qui naſcentur, & exurgent, narrarent filijs ſuis, Pſal. 77. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi, Deut. 32. State ſuper vias & videte, inquit Hiere. cap. 6. & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & ambulate in ea etc. Quod audiſtis ab initio, in vobis permanet etc. 1. Ioan. 2.

Si ergo quæratur, quomodò ſeruandum, quid ſentiendum de Baptiſmo paruulorum, de chriſmate, de ſanctorum inuocatione, de cura, ſiue ſuffragantibus operibus pro mortuis agendis, de confirmatione etc. diligenter aduertenda fuerit vniuerſi orbis Chriſtiani conſuetudo, eique vnuſquiſque Chriſtianus ſe conformem præberet. De hoc Auguſtinus

epiſtola 86. In his rebus, in quibus nihil ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt.

Quocirca temeritatis eſt & veſanæ libidinis, ab eo deſciſcere, quod maiores noſtri ante 1500. annos obſeruarunt, quodque per ordinariam ſucceſsionem vſque ad nos peruenit. Imò & ſi angelus de cœlo veniat inquit Paulus ad Gal. 1. & aliud Euangelium adferat, quàm accepiſtis, anathema ſit. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris quod antè neſciuimus, inquit Hieronymus ad Pammachium & Oceanum.

Sectæ nouas habent opiniones.

Quinimò nos Catholici nunc dicimus. Quamobrem vos Sectæ nos aliam fidem docere conamini, quando fides noſtra Catholica in nouo teſtamento iam durauerit vltra 1500. annos?

Redarguit Paulus Galatas, quòd à pſeudapoſtolis ſe ſeduci ſuſtinerent: quid nunc dicturus foret, quod nonnulli ſe ſinunt auerti ab Euãgelica, pura & probata doctrina, quę per ſanctorum Martyrũ ſanguinem, per Sacra cõcilia, per magna ac ſtupenda miracula iam olim antè multos annos confirmata eſt?

Quamobrem ſectæ leuiores, inconſtantiores, & mobiliores ſunt in fide quã vllus populus ſuper terram. Iudæi, Turcæ, Gentes, manent in ſuo ritu ſeu norma, quam à maioribus ſuis audierunt ac didicerunt, neque vllas quęrunt innouationes. Hoc eſt quod obijcit eis Deus, Hiere. 2. Trãſite ad inſulas Cethim & videte: & in Cedar mittite, & cõſiderate vehementer

menter, & videte ſi factum eſt huiuſmodi. Si mutauit Gens Deos ſuos,& certè ipſi non ſunt dij. Quoniã autem Sectæ non manent in ordinaria ſucceſsione,vnius ad nos perlatæ fidei, eo fit vt in exorbitantibus ſuis opinionibus ſint perplexi & neſciant quid credant Hæc eſt plaga,quam Deus interminatur ſciſmaticis,Deut. 28. Percutiat te amentia ac cæcitate. Quod hodie aiunt ſectarij,poſtridie negant.

Hic dicit corpus & ſanguinem domini ſub pane & vino contineri : alter blaſphemiã illud appellat:vnus Germanicã habet miſſam , alius eam ridet,ille in miſſa induitur ſacris aut peculiaribus ſtolis , alius *P*apiſticum hoc vocat etc. Qualis autem ſpiritus ſit ſpiritus ille diſſenſionis,indicat ſcriptura,Ioan. 10.3.Reg.22.etc.

Verumenimuerò in Arca Chriſtiana vnica eſt fides concors & conſentiens vſus ſeptem Sacramentorum , & conformis intellectus Scripturarum per vniuerſam ditionem Chriſtianã, ab Oritẽte vſq; ad Occidentẽ, in Aphrica, Aſia, Europa, & nũc in quarta orbis parte, in America. In ea eſt ęqualis & vnica amuſsis ſeu norma qua patres noſtri vſi ſunt , qua & nos vtimur & orthodoxi vtẽtur vſque ad nouiſsimum diem.

Et ſanè ijs , qui à nobis exierunt , quique ab ordinaria ſucceſsione deficiunt & priuatas erroneasque opiniones excogitant , & tanquam fidei dogmata proponunt, dici poteſt. An à vobis verbum Dei proceſsit , aut in vos ſolos peruenit? *1.Cor.14.* vbi eſt veſtra ordinaria ſucceſsio,cuius etiam per Prophetam Ioël admonemur. Super hoc filijs veſtris narrate,

& filij veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ?

Progreditur propheta dicens de horribili afflictione & plaga, quam Deus populo ſuo euenire permittit.

Deinde cauſam huiuſmodi afflictionis recẽſet. Tertio hortatur ad pœnitentiam.

Quartò dicit de doctore iuſtitiæ, qui eſt Chriſtus Ieſus Dominus & Seruator.

Quinto refert de extremo iudicio, de pœnis dãnatorũ, & retributione beatorum. Plaga ſiue afflictio hæc eſt.

Reſiduum erucæ comedit locuſta, et reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

Hæc verba iuxta literam intelligi poſſunt, quòd erucæ, locúſtę, bruchi & rubigo, quæ fruges excauat & erodit, omne germẽ in vniuerſa Iudæa conſumpſerint & cõtriuerint, vt omnes fructus & frumẽta exaruerint, & perierint. Ex quo ingẽs fames per vniuerſam Iudęã ſubſecuta eſt. Vehemẽs profectò plaga eſt fames, anxietatem neceſsitatemque ſecum aduehens. Treno. cap.4. Melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame. Agar non potuit videre puerũ Iſmael præ fame & ſiti morientem Geneſ. 21. Nonnullę matres præ nimia fame liberos ſuos enecarunt, lixarunt & comederunt, 4. Reg. 6. de quo etiam ſcribunt Ioſephus & Egeſippus.

Erat fames admodũ valida in Aegypto, vt omnem pecuniam, iumenta, poſſeſsiones, imò demum ſeipſos darẽt pro obtinendo pane. præter ſacerdotes, quos rex alebat nec poſſeſsiones

ſuas

ſuas vendere compellebantur, Geneſ.47.

Deus inedia emedullat malignum & refractarium populum quo culpam agnoſcat cum filio prodigo Lucæ 15.

Deus famem, gladium, peſtilentiam & malas beſtias vocat iudicia ſua peſsima quibus vindicat in peccatores Ezech. 14. Dauidi quoque minabatur Deus famem ſeptennem, propter ſuam ſuperbiam, 2.Reg.24. Et Eccleſiaſt.39. c. Legimus famem, ignem, grãdinem & mortem ad vindictam creata eſſe. Et cap.40. mors, ſanguis, contentio & romphæa, oppreſsiones, fames, & contritio & flagella, ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia. Hieremias cap.34. inquit, Deum peccatores affligere fame, gladio & peſtilentia. Gladius foris, & peſtis & fames intrinſecus, Ezech.7. Iam & Chriſtus dicit in nouiſsimis temporibus abundabit malicia & refrigeſcet charitas &c. Sic etiam de magnis afflictionibus loquitur Math.24. Mar.13. Luc.21. Erunt peſtilentiæ, fames, bella &c. Eiuſmodi plagas etiam minatur Deus populo Iudaico, vt propter ipſorum peccata, erucæ, locuſtę, ventus vrens & aurugo vniuerſas eorum fruges conſumerent, omnemq́ue agrum deperderẽt, Amos 4. Multitudinem hortorum veſtrorum & vinearum veſtrarum comẽdit eruca.

Quando igitur Deus famem aut annonæ caritatem permittit, meminiſſe debemus, Deum propter peccata noſtra iratũ, vitamq́ue in melius mutando, & pœnitentiam agendo ipſum placabimus & ad miſericordiam emolliemus.

Per hanc plagam erucarum, locuſtarum, bru-

Quid per erucas, locuſtas, bruchum, & rubiginem intelligatur.

chi & rubiginis intelligi etiã poſſunt quatuor Monarchiæ ſiue Imperia, quæ populum Iudaicum grauiter afflixerunt, momorderunt, arroſerunt, conſumpſerunt & perdiderunt propter ipſorum peccata. Sic per erucã intelligitur Rex Aſſyriorum, Babyloniorum ſiue Chaldæorum: per locuſtas, Rex Medorum & Perſarum: per bruchum rex Antiochus: per rubiginem Imperator Romanorum. Hi omnes populum Iudaicum acerbè admodum oppreſſerunt captiuitatibus, imò & ferro & flamma horribiliter vaſtarunt. Eiuſmodi quadrifariam Iudaici populi vaſtationem Ezechiel quoque vidit in ſpiritu prophetico capit. 1. Principio, inquit, venturum eſſe leonem, hic eſt Rex Babyloniorum, qui Iudæos eorumq́ue ciuitatem miſerabiliter deperdidit ac diripuit, ipſos etiam in captiuitatem redegit. Sic Nabuchodonoſor in Scripturis ſæpe leo appellatur veluti Hierem. 4. Aſcendit Leo de cubili ſuo, etcæt. Adſerunt quoque nonnulli Regem Babyloniæ Leonem pro ſigno ſeu vexillo habuiſſe.

Quatuor animalia apud Ezechielem quid deſignẽt

Secundum animal quod vidit Ezechiel, hominis faciem habuit, quo deſignatur Rex Perſiæ, qui quidem & grauiter oppreſſit Iudęos ad tempus, tandem verò humanum ſe & clementem illis exhibuit.

Tertiò vidit taurum ſiue bouem, quo ſignificatur Græcum regnum & Antiochus, qui populum Iudaicum valdè atrociter cornibus ſuæ tyrannidis impetijt. Quartum animal quod vidit Ezechias, fuit Aquila, per quam Romanũ

impe-

imperium denotatur. De hac Aquila dicitur faciem eius deſuper reliquorũ quatuor eminuiſſe deſignauitque, Iudaicum populum diſsipãdum fore & profligandum per Romanos Titum & Veſpaſianum, prout contigit in excidio Hieroſolymitano. Et cùm Iudæi rurſum inædificarent, venit Adrianus funditus omnia diſſipans: occidit quoque in vno prælio circiter 50000. Iudæos.

Pennæ memoratorum animalium ſignificãt eiuſmodi plagam oppidò quàm velociter & citò venturam.

De hoc etiam Hieremias cap. 5. vaticinatus eſt: Ecce ego adducam ſuper vos gentẽ de longinquo domus Iſraël, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguã, nec intelliges quid loquetur: Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens, vniuerſi fortes: Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas: comedet gregem tuum & armenta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio, &c. Has quatuor monarchias, quæ premerent, affligerent & torquerent populum Iudaicum, denotat quoque Daniel, per quatuor grandes beſtias Leænam, Vrſum, Pardum, & quartam habentem dentes ferreos, planè terribilem & mirabilem, Daniel. 7.

Quid prophetis ſit familiare.

Enimuerò illud admodũ familiare eſt Prophetis, vt futuras calamitates & afflictiones aſsignẽt & exponãt per res corporales, quò homines vbi Deũ offenderũt vindictam tanto intentiùs conſi-

conſiderent & promptiùs recordentur ac pertimeſcant, quandò etiam per creaturas ipſis ob oculos ponitur pœna & exitium quòd à vero Deo auerſi ad creaturas ſe tranſtulerunt.

Sic Hieremias virgam vigilantem videbat, & ollam ſuccenſam à facie Aquilonis, cap. 1.

Iubebatur quoque deſcendere in domum figuli, qui faciebat opus ſuper rotam, illudq́; diſſipabat, & faciebat vas alterum, cap. 18.

Sic domus Iſraël eſt in mea manu. Si pœnitentiam egerint, non confringam: ſi non, contundam.

Præterea iubebatur ponere lumbare lineum ſuper lumbos ſuos, illudq́ue abſcondere in foramine petræ. Deinde oportebat Prophetam lũbare illud ex foramine tollere, & inueniebat putrefactum. Sic putrefaciam, dicit Deus, populum iſtum peſſimum, qui noluit audire verba mea cap. 13.

Vincula quoque & catenas in collo ſuo ponit, demonſtrans eo populi captiuitatem, c. 27.

Eiuſmodi Propheticis figuris Ezechiel eſt pleniſſimus. Iubet Deus hunc Prophetam ſumere laterem, & deſcribere in eo ciuitatẽ Hieruſalem. Et ordinare aduerſus eam obſidionẽ & ædificare munitiones & comportare aggerẽ, & dare contra eã caſtra, cum omni genere bellicorum inſtrumentorum, cap. 4. Sumere quoque ſartaginem ferream, & poſt eam latêre ad ſui tutelam. Oportebat & dormire eum ſuper dextrum latus, quadraginta diebus: ſuper ſiniſtrũ verò latus 390. diebus, qui conficiunt annum vnum, menſes duos & dies nouem, quo deno-

denotabatur Regem Babyloniæ tot diebus ciuitatem obſidione cincturum, eamque fame & gladio coanguſtaturum. Debebat etiam Propheta illis diebus, quibus dormiret ſuper latus ſuum veſci panibus, ex hordeo & faba, & lente, & milio, & vicia factis, neque tamen ad ſaturitatem, ſed in pondere. Aquam quoque in menſura biberet. Panem autem coqueret ſub arido ſtercore humano. Sed deprecabatur Deum Ezechiel & impetrabat vt panem pinſeret fimo boum. Quo ſignificabatur obſeſſorum in ciuitate miſeria, cap. 4.

Cap. 5. iubetur Propheta ſumere gladium acutum radentem pilos, eoque caput & barbam radere. Deinde pilos libraret in ſtatera. Vnam partem igni combureret in medio ciuitatis, alteram gladio concideret, tertiam diſpergeret in ventum, & nudatum gladium in eam vibraret.

Iubebatur Ezechiel indui tanquam migrans & occulte ſe ſubducens, & portare vaſa tranſmigrationis in caligine, & perfoſſo pariete, egredi per eum cap. 12. Facit catenas, cap. 7.

Eiuſmodi prophetica inſtructio etiam Chriſto fuit familiaris, qui multa loquebatur in parabolis, vt eiuſmodi myſteria, eorumque mythologias atq; interpretationes accurate ſcrutaremur, vt etiam rebus corporeis homines ad cognitionem ſpiritualium perducerentur, Mat. 3. dicit Ioannes de ventilabro. Chriſtus de ſale & luce capit. 5. De ædificando ſuper petram, Matth. 7. De ſemine cap. 13. Et vt ſummatim dicam omnia Euangelia plena ſunt huiuſmo-

di pa-

di parabolis.

Quamobrem autē populus Iudaicus ita perdendus foret à quatuor potētibus & ferocibus Regibus, per erucam, locuſtas, bruchum & rubiginem deſignatis, poſſumus eius cauſam ex prophetica denunciatione atque acri admonitione colligere. Sequitur.

Expergiſcimini ebrij, flete & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periȷt ab ore veſtro.

Quoniam Propheta tam acriter monet ebrios, vt expergiſcantur, ex eo colligimus crapulam & ebrietatem cauſam eſſe eiuſmodi horribilium afflictionum. Abuſionē enim creaturæ, crapulam & temulentiam ſemper ſecuta eſt ira Dei.

Per ebrietatem intelligitur abuſus vini, talia agentes excludit Paulus à regno Dei, Galat. 5.

Ebriet.as variorum malorum cauſa. De his ait Eſaias cap. 5. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectendam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cythara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in conuiuiis veſtris, & opus domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Væ qui potētes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcēdam ebrietatem. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, &c.

In ebrietate Dei oblitus eſt Iſraël & vitulum aureum adorauit, Exod. 32. Sedit populus edere & bibere & ſurrexerunt ludere. Subſequuntur etiam ebrietatem, blaſphemiæ, iræ, pugnæ, ludi &c.

Sic

Sic omnes tumultuationes exordium duxerunt in crapula & ebrietate. Prou. 20. Deriſorē vinum efficit & ſicera tumultuantem: vinum aufert cor, Oſeæ 4.

Non eſt quod miremur, vnde tot mala nobis obueniant, nempe quia ebrioſitas eo inualuit, vt etiam ordinaria, Chriſtiana, antiqua & conſueta ieiunia proterue contemnãtur, quaſi crapula nos euangelicos velimus declarare. Sunt eiuſmodi dies, cuiuſmodi temporibus Noë & Loth. Eſt ſanè ethnica apud nos temulētia, neceſſum eſt omnia vino innatent. Non conſideramus, quã grauiter nos moneat Chriſtus, Lucæ 21. Attendite ne corda veſtra grauentur crapula & ebrietate. Seruum bibentem & inebriãtem, morte diuidet Dominus, partemque eius cum infidelibus ponet. *Lucæ 21.*

Quoniam teterrimum hoc flagitium apud nos inualuit, haud multum fortunæ aut ſalutis nobis reliquum eſt. Obliuiſcimur enim Dei ac diuinæ gratiæ, dum inebriati ſumus, Deum, diuos & ſacramenta blaſphemamus, conuiciamur inuicem & criminamur: nam vinum ſuccendit cor, & malæ iræ vermiculum reuiuiſcere facit & incaleſcere. Omnis futilitas inualeſcit in ebrietate. Illic adhibentur rhytmici mimi ex compoſito fatui, calophantæ, hiſtriones, ſanniones. Illic nullus modeſtiæ locus. Qui facetum agere poteſt ioculatorem, eſt aſymbolus: qui quenuis ludificari, & parùm liberales facetias proferre nôrunt, his argentea inſignia & ſcuta appenduntur. Qui ſe honeſtius habet, nec ęqualem ſe alteri potando præbet,

præbet,hic pitiſſator,hic ſobrioſus vt ſit, oportet,indignus bonorum ſodalitio,fatuus,phantaſticus,hypocrita.

Execrabile illud & gentilitium, pecuinum & impium flagitium,nunc planè eſt vulgare apud iuuenes & ſenes, Eccleſiaſticos & ſeculares,diuites & pauperes,nobiles &ignobiles,magiſtratus & ſubditos. Quamobrem omnes ſtatus ſunt peruerſi, & omnis verecundia, probitas,modeſtia ac Dei timor ſunt ſublata.Docentur hodiè infantes in cunabulis vinum appetere, coguntúrque calicē exiccare, donec lachrymis oculi inundent. Et dum adoleſcunt clepūt pecunias,vt cum ſodalibus vinum liguriant,fiuntque ignaui ac deſides,eunt in debitū, profugiunt ab vxore & liberis,ac tandem extremā infamiam incurrunt.

In œnopoſijs ſenes ſuæ grauitatis obliuiſcūtur,ludicra & vana effutiunt, crepant ea quæ apud inferos, haud memores verborum Pauli, Epheſ. 5. omnis immunditia, aut auaritia nec nominentur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo,aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, & quæ ad rem non pertinent &c.

Eccleſiaſtici hanc ſecularium artem æmulati ſunt, noruntque & ipſi potare,deierare, aleā ludere, nullo orandi ſtudendíve deſiderio tenentur, captant oblectationem in œnopoſijs, qualis populus talis ſacerdos,præbent offendi-
Oſee 4. culum ſimplicibus. Meritò recordarentur verborum Pauli,Epheſ. 5.Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis & hymnis

&can-

& canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino gratias agẽtes ſemper pro omnibus, &c.

Et Leuit. 10. dicit Dominus ad Aaron. Vinũ & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij nè moriamini, quia pręceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatiſque filios Iſraël omnia legitima mea, quæ locutus ſum ad eos per manum Moyſi. Concilium Laodicenſe cap. 24. prohibet Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus Cantoribus, Exorciſtis & Oſtiarijs tabernas intrare. Concilium quoque Carthaginenſe 3. œnopolia Clericis interdicit &c. Plebeius quicquid per hebdomadam lucrifacit, hoc die feſtò ſympoſijs abſumit, obliuiſcitur vxoris & liberorum, nullam omnino rei domeſticæ gerit curam. Conſideraret meritò quod Paulus ait 1. Tim. 5. Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Per immoderatam vini potationem mulieres magno exponunt periculo magna illa ſua κειμήλια, videlicet, modeſtiam, verecundiam & pudicitiam. Teſtatur Valerius Maximus, Romanos pudicitiam vxorum ſuarum vſqueadeò ſibi charam, & commendatam habuiſſe, vt vinum illis ſub pœna capitali interdixerint, ne abdicato pudore in pudicitiæ diſcrimen venirent quia nullam habet erubeſcentiam e-

brietas.

Loth à vino victus eſt, quē vincere non potuit Sodoma, Gen. 19. Noë ſexcentis penè annis fuit velatus: ebrietas autem ipſum denudauit, Geneſ. 6.

Romani ebrioſos habebant infames, & munia eis abrogabant, quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas, Prou. 31. Diſſoluta magiſtratuum regimina plerumque ex ebrioſitate proueniunt. Quando enim Princeps aut dominus Pergræcatur, comeſſationibus ac ſympoſijs vacans, & Satrapis ſeu conſiliarijs imperij habenas committit, variè profectò ſe habet adminiſtratio. Tunc pauperum cauſæ protelantur, multa cogitur abſumere egenus, & muneribus delinire, & niſi benè perūgat carrum, difficulter impelletur ad curſum. Si non habeat argentum, ebrium miſer ſortitur iudicium.

Vnde ſeditiones pullulant? Quando ebrioſus magiſtratus plus diligit vinum quàm ditiones & ſubditos, Eccl. 10. Væ tibi terra cuius rex puer eſt & cuius principes manè comedunt. Beata terra cuius rex nobilis eſt & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum & non ad luxuriam. Et Prouerb. 31. Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.

Intelligitur quoque per ebrietatem voluptas carnis & mundi, veluti, qui voluptatem capiunt

piunt in ſuperbia,auaritia,inuidia,odio, adulterio, immũdicitia,ira &c. aut in alijs operibus carnis,quæ recenſe: Paulus Galat. 5. Aut in ijs de quibus Ezechiel cap. 16. Hi ebrij appellari poſſunt.Eſa. 51.Ebria non in vino.Mundus eſt illa correpta & exornata mulier , inſidens beſtiæ , habenti capita ſeptem & cornua decem: habens poculum plenum vino proſtitutionis, ex quo bibunt Reges & Principes , imò Eccleſiaſtici & ciuiles . Hæc mulier eſt ebria de ſanguine ſanctorum,&de ſanguine martyrum Ieſu Chriſti,Apoc. 17. Propter hanc tam execrabilem ebrietatem vini & voluptatum carnis, minatur Deus per Prophetam Ioël populo ſuo Iſraelitico tam horribiles plagas erucarum, locuſtarum,bruchi & rubiginis.Sic Deus vniuerſum mũdum cataclyſmo deleuit vſque ad homines octo : omnis enim caro corruperat viam ſuam . Propter voluptuariam vitam Sodoma & Gomorrha igne conflagrarunt, Geneſ. 19. Paulus quoque mortem ęternam illis minatur, qui ſecundum carnem viuunt , Rom. 8. Gal.5.

Quoniam autem Deus non vult mortem peccatoris , ſed magis vt conuertatur & viuat, audiamus,quid Dominus loquatur per Prophe tam Ioël.

Expergiſcimini ebrij , flete et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine , quoniam periit ab ore veſtro.

Auditis hic acrem & ſalutarem pœnitentiæ doctrinam. Veri pœnitentiæ prædicatores docent homines flere , lugere & anxios eſſe , dum vident iram & vindictã Dei,docent quoq; diui-

nam voluntatē adimplendo, Deo reconciliari.

Veri Prophetę haud docent vt ſerpens in Paradiſo, falſando & peruertendo verbum Dei, agitè veſcimini vetitis fructibus: omnes enim cibi mundi ſunt, & qui cibis interdicunt ſunt ex Diabolo, nihil quod per os intrat animā hominis coinquinat, quapropter edite & bibite, etiam in Eccleſiæ contumeliam, cras enim moriemur, ne obſeruetis ieiuniorum dies, vana eſt corporis caſtigatio &c. Sed hoc modo dicunt cum Ioële Propheta. O ebrij, qui exiſtimatis regnum Dei eſcam & potum, vos aſoti, comeſſatores & catillones, vos vinipotores expergiſcimini à veſtris flagitioſis, noxijs deteſtabilibuſque voluptatibus, quæ vos præcipitant in abyſſum gehennæ, Prouerb. 6. vſquequo piger dormies? quādo conſurges è ſomno tuo? Epheſ. 5. Vigilate & orate vt non intretis in tētationem, Satanas enim expetiuit vos ſollicitare ad lapſum ſempiternum.

Surge ô miſer peccator à flagitioſa vita, comede de pane ſubcinericio, & bibe ex hydria Sacramentalis pœnitentiæ, & vade per viam ſanctam ad montem Oreb patriæ cœleſtis, 3. Reg. 19.

Non dormiamus 1. The. 5. vt laſciuientes in lectis eburneis. Amos 6.

Exuſcitatio etiam eo pertinet, vt denuò nos componamus ad ſyncerum & purum Dei cultum, ad illius obſequium, voluntatem, amorem ac timorem, & conſideremus quàm enormiter, quoties & quàm ſæpenumerò Deum offenderimus, ex animo pœnitudine ducamur ac

dolea-

doleamus, cum filio quoque prodigo reuertamur, veniá à Patre petamus, vt nos in paterna, hæreditaria & cæleſtia bona reſtituat.

Propheta adijcit, flete & vlulate, neceſſum eſt enim cor affligi, & peccatum fateri, 1. Ioan. 1 Hierem. 2. Pſal. 50. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationẽ, Rom. 6. Oportet enim peccata per pœnitentiam expiare, vitamq́ue in melius mutare, ſi iram Dei velimus effugere.

Quamobrem verò expergiſcemur, flebimus & vlulabimus? quoniam vinum perijt ab ore veſtro. Hoc eſt, omnis voluptas vobis auferetur, omne gaudium veſtrum habebit finem. Extrema enim gaudij luctus occupat. *Prou. 14.* Filij hominũ vt quid diligitis vanitatem? Superbiam veſtram ſequetur ſempiterna ignominia. Auaritia veſtra hæreditabit bufones & ſerpentes: diuitiæ veſtræ æruginabũt. Iacob. 5. Eſa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? Videte & cauete, inquit Chriſtus, ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſsidet. Lucæ 12. Adulterium & impudicitia veſtra æternis ſupplicijs terminabitur, imò & temporaria ignominia, & filij ſæculi pœnitere neſcij proijciẽtur in ſtagnum ardens igne & ſulphure Apoc. 21. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Peribit vinũ ab ore veſtro: tranſit enim mũdus & concupiſcentia eius, iudex ante oſtium

ſtat & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Cito vocem audituri ſunt impij ad quos ſeuerus iudex dicturus eſt. Ite maledicti in ignem
Mat.3.25. æternum. Diſcedite à me operarij iniquitatis: Sumite ab eo talentum: ligate impio & obſtinato peccatori manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores, vbi damnati ad nimium laborem tranſibunt ab aquis niuium. Iob. 24.

Videte quomodo vinum perijt ab ore diuitis, Lucæ 16. Mortuus eſt & ſepultus in inferno, tortus & cruciatus eſt in flammis gehennæ. Petijt guttam aquæ, ſed negata eſt ei. Homo quoque diues, de quo Lucæ 12. cogitabat confidere, requieſcere & in diuitijs ſuis iucundari, huic dicebatur: hac nocte animam tuam repetunt à te &c.

Idem quoque dixit Deus per Eſaiam cap. 22 Vocabit Dominus in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum ſacci, hoc eſt, ad pœnitentiam, & ecce gaudium & lętitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, comedamus & bibamus cras enim moriemur, Eſaiæ 24. Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ. Cum cantico non bibent vinũ: amara erit potio bibentibus illam. Ceſſare faciam omne gaudium eius. Et corrũpam vineam eius & ficũ eius Oſeę. 2. Et Eſaię 65. ecce ſerui mei comedent & vos eſurietis, ecce ſerui mei bibẽt & vos ſitietis, ſerui mei lætabuntur & vos confundemini &c. *Pſal.* 36. Vidi impium ſuperexaltatũ & eleuatũ ſicut ce-

dros Libani,& trãſiui, & ecce non erat, & quæſiui eũ,& non eſt inuentus locus eius. Perit memoria eorũ cum ſonitu. Pſal. 9. Quantum fuit in delicijs, tãtum date illi tormentum & luctũ. Apo. 18. Peccator à generatione in generationẽ deſolabitur, Eſaiæ 34.

Et quoniam per erucas, locuſtas, bruchum & rubiginem quatuor illi immanes tyranni intelliguntur, qui populum Iſraëliticum duriter vaſtarunt, loquitur Propheta de vno quolibet tyranno ſpeciatim, quas anxietates ac difficultates in populum Dei inuexerit, idque propter populi peccata.

Hæc nos commouerent ad pœnitentiam: ad noſtram enim correptionem & emendationẽ ſcripta ſunt, 1. Corint. 10. Si Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec nobis parcet, Rom. 11.

Propheta primum de quatuor tyrannorum inclemẽtia refert, deinde demonſtrat, quo quis Deo reconciliari debeat cap. 2. Conuertimini ad me.

Principio dicit Ioël de Rege Babyloniæ qui per erucam denotatur, quomodo populum Iſraëliticum afflixerit.

Gens enim aſcendit ſuper terram meam, fortis, & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam & proiecit, albi facti ſunt rami eius.

Familiare eſt Prophetis vt de futuris loquãtur quaſi iam facta ſint, propter certitudinem

euentus, quaſi dicat, eſt iam nunc præ foribus.

Dicit principio de truculento & barbaro Babyloniæ populo, qui venturus erat in Iudæam ad affligendum populum Dei. Referens ſimul quam ibi tyrannidem, ærumnam & calamitatẽ ſint excitaturi.

Gens aſcendit ex Babylonia atrox, immanis, impetuoſa, ſanguinaria, dentes eius vt dentes leonis &c.

Mirum eſt tam potentem & validum Regẽ erucæ comparari. Quo denotatur omnẽ humanam potentiam ac fortitudinem, reſpectu Dei eſſe veluti exiguum vermiculum ſeu erucam. Cæterum vbi Deus vindicare inſtituit, illis qui alioqui imbelles & friuoli ſunt aduerſus populum Dei, dat robur ad affligendum & caſtigandum populum ſuum. Miramur paucos nonnunquam & plebeios homines tantum miſeriarum excitare. Cæterum Deus huiuſmodi iræ ſuæ vaſculis abutitur ad populi ſui vindictam quæ appellat virgas ſuas, fortitudinem &c. poſtquam autem eis vſus eſt, & ſubſecuta eſt emendatio & pœnitentia populi ſui, conijcit Deus virgas in ignem. Quod videre eſt in Pharaone, Semacherib, Rege Balthaſare, Holopherne &c.

Quid porrò hęc virulenta eruca, Rex Babylonię in Iudęa deſignauerit, quomodo ſpecioſam domini vineã populi Dei deuaſtauerit legitur, 4. Reg. 24. & 25. Hier. 39.

Exercitus Nabuchodonoſor venit Ieruſalem, ſpoliauit templũ, & protulit inde omnes theſauros domus domini, & domus regię, & cõ

cidit

cidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon in templo domini. Et tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem, & omnem artificem & incluſorem, nihilſque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ.

Tranſtulit quoque Regem Ioachim in *B*abylonem, & matrem regis & vxores Regis. *P*ręterea omnes viros robuſtos, ſeptem millia, omnes viros fortes bellatores etc. Deinde anno nono, venit Nabuchodonoſor, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & cirdundederunt eam præualuitque fames & interrupta eſt ciuitas. Et comprehenſus eſt Rex Sedechias, filijque eius occiſi ſunt coram ipſo. Deinde ipſi Regi Sedechiæ oculos effodit, vinxitque eum çatenis & adduxit in Babylonem.

Succendit templum & domum regis, omnemque domum magnã in Hieruſalem. Muros Hieruſalem in circuitu deſtruxit. Miniſtros templi & Regis, & præfectos militum, vniuerſosque bellatores interfecit. Nemini pepercit, nec vllius miſertus eſt, neque iuuenum neque ſenum, nec virginum, nec adoleſcentum, ſed gladio peremit. Et qui gladium effugerãt, illos captiuos auexit in *B*abylonem. Veruntamen de pauperibus terræ quoſdam reliquit vinitores & agricolas.

Rex Babyloniæ quas miſerias excitauerit.

De captiuitate *B*abylonica ſcriptum eſt Matth. 1. & *P*ſa. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Syon. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra etc. Vnde tam horribilis

plaga? Cauſam legimus apud Hier.ca.38.& 2. Par.36. Rex Sedechias non erubuit faciem Ieremię Prophetæ, Principes ſacerdotum & populus pręuaricati ſunt iniquè iuxta vniuerſas abominationes gentium. Et quidē Deus populo & habitaculo ſuo parcere cupiebat, mittēs ad eos prophetas, qui eos ad pœnitentiā admonerent. Populus verò & principes ſacerdotum ſubſannauerunt nuntios dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebantque prophetis, donec aſcēderet furor domini in populū eius, & eſſet multa curatio. Lentus eſt Deus ad vindictā, ſed quāto ſerius tanto venit ſeuerius. Noe 120. annis pœnitentiam prędicabat, cùm autem nihil proficeret, ſubſecutū eſt diluuium. Sodomitę irridebant Loth & demum ſulfure & pice conflagrarunt. Pharao cōtemnebat Moyſen & Aaronem, eoque ſubmerſus eſt in mari rubro cum vniuerſo ſuo exercitu.

Sic Deus diu aſpexit Eccleſiæ diſpenſationem, Sacramētorum contemptionē, vnicæ, verę & Catholicæ fidei contumeliā etc. Attamen prętér hęc ſemper extiterunt aliqui qui populum ad pœnitentiam admonerent, ne Chriſtianam politiā ac traditionem deſpicerent, quam Spiritus ſanctus docuit quęque per tanta temporū ſpacia in vniuerſo orbe chriſtiano viguit. Quoniam autem huiuſmodi monitio contemnitur, adaugentur peccata, & coaceruamus nobis iram Dei, vt metuendum ſit, niſi pœnitentia & vitæ emendatio impedierit, indignationē & vindictam Dei illuſtrem patriam noſtram penitus obruituram.

Deus parcit non diu.

Quin

Quin & ex parte ſatis comperimus quas afflictiones & calamitates defectio ab Eccleſia Chriſtiana pariat, meritoque verborum Chriſti memores eſſemus. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Noua doctrina varios tumultus, ſeditiones hominum terrarumq; vaſtationes excitauit, ſubditos quoq; aduerſus legitimos Magiſtratus, aduerſus Deum præter officium, decorum & iuſtum planè atrociter commouit, ſuccendit, & concitauit. Venit auditus ſuper auditum & conturbatio ſuper cõturbationem. Pars aduerſa ſine intermiſsione clamat pax, pax, cũ non ſit pax. Erronea enim doctrina pernicioſa producit diſsidia, quod hucuſque notabili noſtro damno experimur. *Math.7.* *Oſeæ 4.* *Ierem.8.*

Sed bene illi, qui in virga ſuos errores agnoſcit, & reuertitur ab aquaticulo hæreſium in domum patris ſui, in ſanctam & Chriſtianam Eccleſiam (quæ etiam per arcam Noë deſignatur) vt ſaluus fiat.

Qui verò in malitia & erroribus ſine pœnitẽtia perſeuerat, illius ærumna hic ſumit initiũ & perdurat in æternum. Hi duplici contritione à Deo conteruntur. Herodes & Antiochus obdurabant in ſuis blaſphemijs eoq; poſt temporariã vermium arroſionem & iliacã paſsionem, deſcenderunt in gehennam. *Hier.17.*

Iudęi temporariam vindictam deſpexerunt, quocirca in terribile Dei iudicium inciderunt, in cœcitatem mẽtis, ſubtracta eſt illis gratia Dei, & relinquitur domus eorum deſerta ad ſupplicium ſempiternum, Math. 23.

Poſuit vineam meam in deſertum etc.

Hæc

Hæc vinea eſt populus Iſraeliticus *Pſal.* 79. Vineam de Ægypto tranſtuliſti. Eſaiæ 5. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt. Quid eſt quod vltra debui facere Vineæ meæ, & non feci? Hier. 2. Ego plantaui te in vineā electā etc. Mat. 21. Homo erat paterfamilias qui plātauit vineā. Hāc vineā quomodò Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ deuaſtauerit, modò dictum eſt, ex 4. Reg. 25. Ad hæc nō eſt vinea hæc tēpore belli paſtinata, ſarrita ſeu reparata ſed planè incurioſi & oſcitātes fuerūt. *P*rophetas percuſſerunt & profligarunt, & Dei ac domini ſui prorſus obliti ſunt. Atque ita vitis & ficus quæ populum Iſraeliticum denotarunt, planè ſteriles fuerunt. Malitioſi enim & impij homines in bellis adhuc magis fiunt impij, ſanguinarij, inclemētes, auari etc. Execrari, deierare, inebriari, aleam ludere, ſcurrari, carnalem licentiam exercere, prędari, furari etc. Prorſus vulgare eſt in militia. *C*ommixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. *Pſal.* 105. Hoc dominus populo Iſraelitico antè minatus eſt Eſa. 5. Et nunc oſtendam vobis quid faciā vineæ meæ. Auferam ſepem eius & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam: non putabitur & non fodietur & aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem: expectaui enim vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiam & ecce clamor, expectaui vt faceret vuas & fecit labruſcas.

Vuæ ſunt, fides, charitas Dei & proximi, iuſtitia, obedientia, timor Dei, miſericordia etc.

Labruſcæ ſunt, infidelitas, ſuperbia, inuidia, odium, auaritia, adulteriũ, hæreſis etc. Hoc Chriſtus ſignificabat Math. 21. cùm ficus in arbore quæreret, & non inueniens, execratus eſt ficulneam & aruit.

Poſt abdicatum populum Iudaicum, Deus, per filium ſuum alios ramuſculos in vineam ſuam plantauit, 1. Cor. 1. Math. 12. Ethnicos in Chriſtum credentes, Oſeę 2. In hac vinea eſt vna & concors fides, genuinus verbi diuini intellectus, & conformis vſus Septem venerabilium Sacramentorum. Ex his rebus tanquam ex ſublimi ſpecula vident promiſsionem vitæ æternæ per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. Non autem ad ſolam duntaxat fidem vocati ſunt fideles, verumetiam ad bona opera charitatis Dei et proximi, Epheſ. 2. 1. Cor. 13. Retribuet enim Deus vnicuique ſecundũ opera ſua, Math. 16. Quomodo autem vinea Chriſtiana per Tyrannos & Sectas diſsipetur, deplorãdum magis eſt quàm ſcribendum. Quis non peior & malicioſior redditur in diſsidio, quàm antè fuerat? Veteris fidei ſectatores pigreſcunt & flacceſcunt in bono, tranſmittunt ſiue perrepere ſinunt, quod antè peccatum æſtimarunt, ieiunia, preces horariæ, confeſsio etc. haud magnipenduntur. Ita conſolantur in miſericordia domini, vt Deum non timeant in fuga mali. Nemo ad vitæ ſuæ præſcriptum viuere ſuſtinet. Monachus non fuffert capitulum, Eccleſiaſticus non tolerat Concilium.

Conſideremus vineam Chriſtianam, quam iactabundè ſibi vendicant Sectarij, quomodo diſsi-

diſsipata ſit ac deſtituta cœleſti dulcedine(omnes enim terrena quærunt & caduca)quomodò diſtricta ſit, excorticata ac denudata,diuinis Sacramentis,& recto atque catholico ſenſu ſacrarum ſcripturarũ, quomodo etiã frondes ſeu rami elãguerint,hoc eſt,ſteriles facti ſint, adeò vt nonnulli etiã bona opera dicant abominationem coram Deo, & qui bona opera faciunt appellentur hypocritæ, papiſtæ etc.adferentes pro illis ſentes ac tribulos,id eſt,opera carnis,& pœnitentiam aſpernantes. Hi areſcunt vt in tartareas flammas pręcipitentur; de quo Chriſtus Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollent eum & areſcet; & in ignem mittetur & ardet. Et Ezechiel. 15. Quid fiet de ligno vitis? Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus,vt dependeat ab eo quodcunque vas? Ecce igni datum eſt in eſcam etc. Angeli enim colligent eos qui faciunt iniquitatem, et mittẽt eos in caminum ignis,Mat. 13.

Matth. 7.

Eſt autem Sectariorum genus immane admodùm et truculentum quos Deus permittit, eiuſmodi mala excitare inter Chriſtianos. Validi ſunt et numeroſi, quia potiſsimum conantur Reges, principes, optimates ac diuites erronea doctrina illaqueare, Multos proceres, opulentos et numeroſum populum à ſuis habere partibus, ipſorum eſt conſolatio. Sic Arrius Imperatorem, principes, Epiſcopos et Primores populi ad ſe pellexit, quo factum vt eius hæreſis longè lateque pullulauerit. Catholici intereà ſui Athanaſij & Alexandri afflictam

ctam fortunam vt contuerentur neceſſum erat. Veruntamen Deus tandem Arrium manifeſta infamia pudefecit, quēadmodū illud Euſebius teſtatur lib 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 13. & Socrates hiſtoria tripartita lib. 3. cap. 10.

Habent & ſectæ dentes Leonum. *P*etrus Sathanam appellat Leonem, 1. Pet. 5. Dentes eius ſunt errores, quibus ſectę miſeras animas crudeliter mordent. Dentes eorum, inquit Dauid Pſal. 56. arma et ſagittę. Micheę 3. Hæc dicit Dominus ſuper *P*rophetas qui ſeducunt populum meum qui mordēt dentibus ſuis et prędicāt pacē, et ſi quis non dederit in ore eorū quippiā, ſanctificāt ſuper eum pretium etc. *P*ro. 30. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, et cōmandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Linguá noſtrā magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Paulus agit *D*eo gratias, quòd ſe liberauerit de ore leonis. Et *D*auid orat Deū vt ſalue ſe de ore leonis. Pſal. 21. Ac tametſi ſectę veluti leones prorſus immaniter ergà ſpōſam Chriſti deſęuiant, contemptu & contumelia ſacramentorum vnicæque & Catholicæ fidei: Deus tamen conteret dentes in ore ipſorum & molas leonum confringet, Pſal. 27. *2. Tim. 4.*

Quocirca Deum inuocabimus in hac tanta neceſsitate dicentes. O cœleſtis vinitor veni & reſpice vineam, quā tu plantaſti veni tuis chariſmatis, & ſarri racemos vt proferant fructum ad vitam æternam.

Secundo refert Propheta, quas anxietates & calamitates excitauerint Medi & Perſæ, qui per

per locuſtas intelliguntur.

Poſtquam Medi & Perſæ Regem Balthaſârem Nabuchodonoſoris filium (qui ambitioſe gloriabatur in vaſis aureis & argenteis, quæ pater eius Nabuchodonoſor ex templo Hiereſolymitano diripuerat, & aſportauerat) interfeciſſent, & Babylonia potirētur: Iudæi inter Medos & Perſas in magno mœrore fuerũt, quamuis poſtmodum aliquanto clementiores facti ſint ergà Iudæos. De hoc latius dicit Ioel in textu.

Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis ſuæ, perijt ſacrificium et libatio de domo domini, luxerunt ſacerdotes miniſtri domini. Depopulata eſt regio, luxit humus quoniam deuaſtatum eſt triticum, confuſum eſt vinum, elanguit oleum. Confuſi ſunt agricolæ, vlulauerunt vinitores, ſuper frumento, vino & hordeo, quia perijt meſſis agri. Vinea confuſa eſt, & ficus elanguit. Malogranatum, et palma, et malum, et omnia ligna agri aruerunt, quia confuſum eſt gaudium a filijs hominum.

Miſerãdam hic audimus calamitatem, quam Deus populo ſuo euenire permiſit, propter quã in magna fuerunt mœſticia ac luctu. Interrogat Nehemias ſub Dario, Perſarum Rege de Iudæis qui remanſerant, & ſupererãt de captiuitate, & de Hieruſalem. Et dixerunt illi. Qui remanſerunt & derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia in afflictione magna ſunt, & in opprobrio: & murus Hieruſalẽ diſsipatus eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni. Cùm Nehemias huiuſmodi verba audiſſet, ſedit & fleuit, & luxit diebus multis, & ieiunabat, & orabat antè faciem

ciem Dei cœli,&c. Nehemiæ 1.

In afflictione diuina hortatur Propheta ad planctum & luctū, ad inſtar virginis, quę ſponſo ſuo deſtituitur: hoc eſt, ex animo mœſti & anxij eritis, & acerbè lamentabimini. Imò accingimini ſaccis, vt quilibet perſpiciat cordis veſtri mœrorē. Quamobrē tam acerbè plorabunt? perijt enim ſacrificium & libatio de domo domini. Iumenta & vinum, ex quibus Deo ſacrificiū faciendum erat, perierunt. Cultus Dei eſt abolitus, vaſa ſacrificij ſunt direpta, Templū eſt ſuccēſum. Sacerdotes ſunt in vīculis, in magnis anxietatibus de abrogato ſibi officio, quodq; decimis & oblationibus ſint priuati, vnde vitę ſubſidia habuerunt iuxta legem domini.

Terra promiſsionis facta eſt vaſta, ac deſerta à populo Dei, captiuitate enim detenti ſunt in terra aliena, quod Hieremias præcipuè & peculiariter deplorat in libro Threnorum. Luxit humus, quoniam triticum, ſiligo, vinum, hordeum, oleum, vniuerſum eſt deperditum, & à militibus populatum & diſsipatum. Non eſt meſsis nec autumnus. Indoluerunt agricolæ arbores & agrorum fructus vniuerſos eſſe deperditos. Vnde iam tum & ſuā & liberorū inediam ſpectare coacti ſunt. Conſideremus nunc anne & nos occaſionē habeamus acerbè lamētandi, multò iuſtiorē quā Iudęi. Sectæ irruerunt peregrinâ & erroneâ doctrinâ in domū Dei in Eccleſiā, chriſtianū ſacrificium laudis, ſacrificium ſpiritus & cordis, ſacrificium iuſtitię & ſpiritus contriti &c. aboleuerunt & ſuſtulerunt, fructus bonorū operum, vinum iuſtitiæ, oleum miſeri-

cordiæ ſunt deperdita, terra hominum eſt ari-
da & infructuoſa. Agricolæ, Præpoſiti & Re-
ctores, Doctores & Paſtores Eccleſiæ mœrent,
quia perſequûtur ipſos, contumelijs afficiunt,
eijciunt. Vident etiam poſt fidelem laborem &
plantationem, pernicialem illum Aquilonem
teneros ſyncerę fidei & ſanctę vitæ fructus pla-
nè exurere & deperdere. Grauiter quoq; lugen-
dum foret, omnem Dei cultum ire peſſum, Si-
quidem clauduntur templa, Sacramentorum
diſpenſatio prohibetur, iuxtà Chriſtianæ tra-
ditionis præſcriptum baptizare non licet, deſ-
picitur confirmatio, abolita eſt Sacramentalis
coram Sacerdote confeſsio, conſecratio ſeu be-
nedictio coniugum cum orationibus & obla-
tionibus coram Sacerdote (iuxta inſtitutũ Ec-
cleſiæ 3.q.5.c.aliter) contẽnitur: fideles infirmi
ſine ſaluberrimo Sacramenti altaris viatico ex
hac vita migrare neceſſum habent. Precibus
horarijs dèo laudes & gratias dicere, prorſus
abrogatum eſt, non ſuſtinetur nec toleratur
verbi diuini annũciatio iuxta ſyncerum, & cõ-
ſonum ſenſum & intellectum catholicę Eccle-
ſiæ, ſed ſpernitur & exibilatur, Hier.6. Non eſt
catholica conſolatio, confirmatio, admonitio
& inſtructio, vagãturq; fideles palãtes ac diſ-
perſi, velut oues, non habentes paſtorẽ, Mar.6.
Prætereà terræ, agri, viridaria, etc. à tyrannis va-
ſtantur, conculcantur, concremantur, perdun-
tur. Miſeri coloni in magnis ſunt anxietatibus
& curis diu noctuque. Ad hæc, præclaræ ciui-
tates, nationes & populi, quas aliquando Chri-
ſtiani, imò lumina ciuitatis Dei incoluerunt,
eas

Chriſtiani indignè premũtur à Turcis.

eas nunc occupat Turca, *T*empla iacent deſerta, Chriſtiani in illis captiui detinentur ſub graui tributo. In ſumma, omnia à Sectis peruertuntur, bonum apud eas eſt malum, & malum bonum, vt iam deficiamus in corpore, in bonis & in anima coram Deo & hominibus, Ioã. 15. Quapropter ex corde lugendũ foret, ad quod Ioël grauiter nos exhortatur, Eſa. 22. Vocabit dominus ad fletũ & ad planctũ. Hiere. 9. Docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximã ſuã planctum, quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, Chriſtus inquit Luc. 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Væ illis qui ridẽt, quia plorabunt. Præclarum ſanè eſt flere ob ſua & aliorum peccata: hi enim conſolantur. Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, 2. *C*or. 7. *Eſa.5.*

Luctus eſt ornamentum hominis chriſtiani: ſunt enim hic dies luctus, ferẽdi crucem, etiam cibus hic conuertitur in panem doloris. Melius eſt ire ad domum luctus, inquit Salomõ, quàm ad domum conuiuij, Eccleſ. 7. In die bonorum ne immemor ſis malorum, Eccleſ. 11. *Luctus ornamentum hominis Chriſtiani.* *Pſal. 126.*

Dauid hortatur nos ad plorãdum. Pſal. 94. Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dominum, etc.

Flebat Magdalena, *P*etrus, imò Chriſtus in cruce, Heb. 5. etc.

Porrò agentes pœnitẽtiam lugebimus, quo teſtemur intimã diſplicẽtiam, quam habemus in peccatis. Vtemur & ſacco ſeu cilicio ad corporis caſtigationẽ, vt ita nos humiliemus corã Deo. Sic Deum offenſum, & propter peccata

Deo afflictiones immittēte quid fecerint Maiores. calamitates & afflictiones permittentem, maiores noſtri eiuſmodi corporis caſtigatione & humilitate cordis placarunt, & ad miſericordiā flexerunt.

Videmus hoc in Niniuitis: in Achas 3. Reg. 21. Natalis adhibet in pœnitentiā ſuam cineres & lachrymas, quemadmodum Euſebius illud meminit lib. 5. Eccleſ. hiſtoriæ cap. 28.

Pſal. 108. Dauid inquit, cineres tanquam panem mā-ducabam, & caro mea immutata eſt propter oleum.

Iob. 42. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Dominus vocat ad planctum & ſaccum Eſaiæ 5.

Daniel orat in ſacco & cinere. Dan. 4. Iudich. 4. Induerūt ſacerdotes cilicijs &c. Mardochæus in magna neceſsitate indutus eſt ſacco, ſpargēs cinerem capiti. Eſther 4.

Hier. *6*. Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere. Hoc cilicij & cinerū genus meminit & Chriſtus Matth. *11*. Lucæ 10.

Laudat *C*hriſtus Ioannem *B*aptiſtam; quòd veſtitus fuerit pilis Camelorum. Math. 11. Mar. *1*. Patres noſtri inſtituerūt vt in letanijs ieiunetur, eamus diſcalceati cinere & cilicio induti, quemadmodum idipſum quoque ordinatum in Concilio Mogūtiaco anno domini 813. celebrato, canone 33.

Coloniæ Agrippinæ ſudore *B*ritannico paucis diebus aliqua multa millia heminum moriebantur. Illi autem generalem proceſsionem & Letaniā inſtituebāt omneſq; nudis pedibus incedebant, confitebantur & ieiunabant. Hac Leta-

Letania habita ne vnus quidem porrò hac tam horribili lue & plaga interijt, quamuis ingens adhuc multitudo decubaret.

Quamobrem autem Deus memoratas afflictiones, quas Propheta Ioël recenſet, hominibus obuenire permiſerit, hæc poteſt eſſe ratio. Quia confuſum eſt gaudium à filijs hominum. Gaudendum nobis eſſet in domino, quòd rationales creaturas nos condiderit. redemerit & æternam patriam promiſerit, & impetrauerit: quod per ſanctam Eccleſiam ſuã ſacras Scripturas nobis dederit & reliquerit: prætereà vt nos ſaluaret, ſeptem diuina Sacramenta tanquam diuinorum chriſmatũ vaſcula inſtituerit: Nos autem cum vxore Loth, malis concupiſcentijs retrò reſpicimus ad Sodomam, & cum Iudæis cogitamus de nidore carniũ Ægyptiacarũ: cor enim noſtrum, ſenſus & animus vniuerſa propendent ad mũdi gaudia, pompas, faſtũ, & carnalem libertatẽ. Pro nullo ducimus, deſideratã illam æternę vitę patriã: quocirca confuſum eſt gaudium noſtrum. Vbi triſtari debebamus, lætamur, iactantes peccata & maliciam noſtram: vbi lætandum foret, triſtamur: vbi ieiunandum epulamur: nec præ mera libidine ſatis deliberatũ habemus quo veſci debeamus, piſces & carnes faſtidimus, ranas & domiportas in cibũ adferri neceſſum eſt: vbi agendæ eſſent ferię, laboramus, vbi pœnitentia exercenda, confitendũ &c. tripudiamus: Vbi vigilandum eſſet ad cultũ Dei, dormimus. Vbi obſequentes, humiles, miſericordes &c. foremus, ſumus rebelles. ſuperbi, auari &c. Filij ſeculi lætantur in tympanorum

ſonitu, delectantur edere carnes & bibere vinum. Eſa. 22. Extremum autem gaudij luctus occupat. Quãdo enim dixerint pax, tũc repentinus illis ſuperueniet interitus 1. Theſ. 5. Quo-
Philip. 4. niam igitur omnis voluptas & gaudium huius
Pſal. 121. mundi ſuũ aliquando finem ſortitur, ideo gaudete in domino ſemper. Lætare in his quæ dicta ſunt tibi, in domum domini ibimus.

Tertio refert Prophèta Ioël quid bruchus (per quẽ immanis ille tyrãnus Antiochus denotatur) calamitatis in populo dei excitauerit ex permiſsione diuina, propter ipſorum peccata. O quam acerbè hic bruchus Antiochus populum Iſraeliticum momordit? Hunc Daniel nominat arietem cornutum, qui cornibus ſuæ tyrannidis, populum Iſraeliticum admodum acriter impetijt, cap. 8.

De hoc Antiocho legimus 1. Machab. 1. Antiochus radix peccati aſcendit Hieroſolymam in multitudine graui. Et locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit ſuper ciuitatem repentè, & percuſsit eam plaga magna, & accepit ſpolia ciuitatis & ſuccendit eam igni, & deſtruxit domos eius & muros eius in circuitu, & captiuas duxerunt mulieres & natos, & pecora poſſederunt. Et intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius.

Et prohibuit ſub pœna capitali iuge ſacrificiũ, & holocauſta. Erexit quoque idolũ illudq; adorari præcepit ſub pæna mortis: libros legis Dei combuſsit igni, & quotquot filios ſuos circunci-

cuncidebāt, & quicunque obſeruabāt legē domini, eos trucidauit, & ſuſpendit pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum, atque ità grauis fuit miſeria in Iſrael. Quamobrem admonet Ioel Sacerdotes vt lugeant & plorent, dicens.

Accingite vos et plangite Sacerdotes, vlulate miniſtri altaris, ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei, quoniam interijt de domo Dei veſtri, ſacrificium & libatio.

Audimus hic acrem admonitionem, quam Ioel habet ad Sacerdotes excitans eos ad pœnitentiam eò quòd atrox ille tyrannus Antiochus tam horrenda in templum, ac populum Dei deſignarit. Quamobrem iam tum Sacerdotes plorarent ac flerent tāquam miniſtri Dei, quoniam iuge illud ſacrificium, (quod erat ad memoriam diuinorum beneficiorum, & ad gratitudinem) & libationes, Antiochus aboleuerat, ac decreto prohibuerat, vt Sacerdotibus iuxta officij ſui inſtitutum non liceret amplius in tēplo miniſtrare. Quod partim ipſorū culpa contingebat, quòd negligentes & incurioſi, ſuperbi, auari & voluptatū ſectatores munia ſua fideliter non obirent. Quēadmodum hoc eos monebāt Prophetæ. Hier. *26.* 12. *26.* Ezech. 22. 34. Oſeæ. 5*6*. Eſa. 28. 5*6*. Malach. 12.

Admonemus vos chriſtiani, vt doctrinā hanc propheticā expendatis, & præcipuè vos altaris miniſtri, quos Ioel appellat miniſtros Dei, quibus ratione officij competit ac debetur diſpenſatio Sacramentorū: flete, lugete, plāgite, dolete & ex corde angimini, imò fidelium populus

vniuerſus, innocentis agni Ieſu Chriſti ſanguine redemptus, ploraret ac triſtaretur. Quamobrem? ex qua cauſa? quoniam interijt de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio.

Libatio fuit figura Sacramenti altaris

Hebræi legunt mincha vanaſech ſacrificium & libamen. Mincha eſt panis ex tenera & candida tritici farina coctus, qui à Sacerdotibus circa veſperũ offerebatur. Sic naſech eſt ſacrificiũ ex vino, quo præfiguratur noui teſtamẽti Sacrificium, quod Chriſtus in cœna velut ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech inſtituit & obtulit. Accepit enim panem, dedit diſcipulis ſuis, dicẽs. Accipite & comedite, hoc eſt, corpus meum &c. Vocabulũ mincha quoq; vſurpatur Malach. 1. Vbi loquitur propheta de Sacrificio altaris, iuxtà expoſitionem veterum orthodoxorum patrum, Irenæi, li. 4. c. 32. Cypriani li. 1. contra Iudęos, Damaſceni li. 4. orthodoxę fidei cap. 24. Auguſtini lib. 18. de ciuit. Dei cap. 35. & lib. 19. c. 23. & li. 1. contra aduerſarium legis & prophetarum ca. 20. &c. Quoniã igitur Antiochus radix peccati, fuit typus Antichriſti, antè diem nouiſsimum venturi, qui Miſſæ ſacrificium abolebit, quemadmodũ olim, Antiochus libationem Mincha ſiue Thamid & vini oblationem naſech prohibuit & ſuſtulit, & Chriſtus Math. 24. dixit, Prophetiam Danielis cap. 9. de abominatione deſolationis Antichriſti deſignati per Antiochum de abrogatione iugis ſacrificij ante diem extremũ complendã. Et Paulus dicit Antichriſtũ iã nunc operari myſteriũ iniquitatis, 2. Theſ. 2. Ioannes quoq; nunc multos

1. Ioan. 2.

ait eſſe Antichriſtos: Et Miſſę ſacrificiũ veritas

huius diuiniſsimi Sacramenti, nunc prorſus deſpicitur, blaſphematur, interdicitur, damnatur, vt aliâs auditum eſt nunquam. Ideo plangite & vlulate ô ſacerdotes, nā antichriſtiana abominatio iā nunc ob oculos verſatur. O pij chriſtiani lugete, indoleſcite. & flete in cœlum, vult enim Deus à vobis recedere. Vult ſempiterni ſacerdotij ſacrificium, propter peccata veſtra à vobis auferre. Relinquitur domus veſtra deſerta. Auguſtiſsimum illud κειμήλιον Chriſtū verum deum & hominem ſub ſpecie panis & vini, furari nobis & deprædari contendunt, verum illud & viuum manna, quod de cælo deſcendit in cibum animarum noſtrarum, pedibus horribilium errorum conculcatur. Sanctum illud altaris ſacrificium, per quod fructuum & meritorum paſsionis dominicæ participes reddimur ab hoſtibus catholicæ fidei, conuitijs proſcinditur ac damnatur. *Ioan.6.*

Vnde Sacramenti Eucharistiæ contēptus.

Huiuſmodi tā horribiles plagas peccata noſtra & vita omnis pœnitentiæ expers erga Deū commeruerunt. Miniſtri huius Sacramenti leuiter ſine vlla præparatione, ſine vlla deuotione ac reuerentia illud tractarunt, tremendum illud officiū leuitas pręceſsit & ſecuta eſt. Norunt & ipſi *D*eum blaſphemare, ſtrenuos hauſtus præbibere, pecunijs inhiare, & ſcandalum ſe prębere. Heli malignos & procaces habebat filios, & flagitioſè admodum verſantes in miniſterio templi, vnde factum vt arca dei caperetur, 1.Reg.4.

Sumentes quoque hoc Sacramētum, in culpa huius tam horribilis plagæ participant. Non

habent veram huius viui cibi eſuriem. Accedunt citra contritionem ac diſplicentiam, citrà confeſsionem ac Satiſfactionem. Permanēt in auaritia, faſtu, vſuris, adulterijs, inuidentia, inobedientia & malicioſa voluntate. Nōnulli ſumunt illud in ſymbolum execrabilis diſsidij & rebellionis ergà ſanctā Eccleſiam. Alij nō habent rectā fidem circà hoc Sacramentum, æſtimāt panem, alij ſignum etc. Alij non exhibent ei reuerentiam, adorando. Idcircò Deus ſanctū ſubtrahit canibus, & margaritas porcis.

Quamobrem vniuerſus populus intimè lugeret, Deum propter peccata noſtra ſubtrahere nobis cœleſte illud Minha ſeu Thamid, illud, inquam, conſolatorium noui teſtamenti ſacrificium, non vitulorum, hircorum aut Iudaicorum agnorum, ſed agni Ieſu Chriſti, qui ſeipſum dedit & reliquit in cœna ad memoriam ſanctiſsimæ paſsionis ſuæ, pro nobis obitæ, quā & nos in altari per Sacerdotis officium Deo referimus & repręſentamus, cupientes etiam hac commemoratione Deum nobis reddere propitium, dicentes cum Dauid, quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, 1. *Paralip.* 29. Tumultuantur & furiunt nonnulli miſoliturgi qui ab Eccleſia Chriſtiana peruicaciter deſciuerunt, planè atrociter ad auditum Sacrificij Miſſæ, omnemque vim, robur, aſtuciam & ſagacitatem adhibent, diuinum hoc ſacrificium diris blaſphemijs deteſtandisque erroribus prorſus effrenatè extirpandi, reddentes Miſſam ſimplicioribus Chriſtianis planè formidabilem, eò quòd Sacrificium appelletur.

Vt autem pij ab eiuſmodi tam pernicioſo ſcandalo prę̨moneantur, & in ſyncera, vera & catholica fide conſtantes perſeuerent ad corporis & animæ fœlicitatem, pauca quædam de diuino hoc noui Teſtamenti ſacrificio in medium adferemus. Si quando Deus ills qui à nobis deſciuerunt, & veritati reſiſtunt, det pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant è Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem, 2. Tim. 2. Eſaias 66. cap. & Hier. 33. referunt de peculiaribus Sacerdotibus & Leuitis, quos dominus ex omnibus Gentibus aſſumpturus eſſet in nouo teſtamento. Ac tametſi Petrus fideles nominet ſacerdotes, quòd Chriſto regi & ſacerdoti in Baptiſmo ſint vniti, & (quemadmodum Dydimus inquit) quod Chriſtus ipſorum pater ſit rex & ſacerdos: dicit tamen Petrus de peculiari ſacerdotio cap. 5. vbi monet eos, vt commiſſum paſcẽdi officium diligenter exequantur, queadmodũ & Paulus facit Act. 20. Sic Moyſes Iudæos appellat regale ſacerdotiũ, Exod. 19. Nihiloſeciùs externũ erat ſacerdotiũ, quod Aaroni & filijs eius à Deo cõmendatũ erat, Exod. 28. Elegit quoq; Deus peculiariter tribũ Leui ad miniſteriũ tẽpli, Num. 4. Et cùm Core, Datan & Abyron ſacerdotij adminiſtrationem temerè et peruicaciter ſibi vendicare inſtituerent, terra eos abſorbuit etc. Num 16. Rex Ozias volebat adolere incenſum ſuper altare thymiamatis & punitus eſt leprâ à Deo, 2. Para. 26. Oza manum admouebat ad arcam, & percuſſus eſt à Deo, 2. Reg. 6. Rex Babyloniæ faſtuosè bibebat

De externo ſacerdotio.

bebat ex vaſis ſacratis,& regno exutus eſt, *Dan.* 5. Si ergo deus tam ſeuerè puniuit abuſum vmbrę, haud certè placet illi abuſus veritatis. Quoniam porrò vetus lex Moſaica in Euangelicam legem trāſlata eſt, ita Sacerdotium quoque veteris teſtamenti in noui teſtamēti ſacerdotium eſt tranſlatum, quemadmodum hoc Paulus teſtatur.

Hebr.7. Sicut igitur Chriſtus eſt noui teſtamenti Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, habet ad illud Sacerdotes, qui hoc Sacerdotio

1.Cor.11. fungantur diſpenſando Sacramenta, iuxta ipſius mandatum, donec veniat. Sic Chriſtus ſuos

Luc.22. Apoſtolos qui antè baptizati erant, ſacerdotes fecit in cœna, cùm diceret: Hoc facite in mei

Ioan.20. commemorationem. Sacerdotalem etiam poteſtatem illis contulit, peccata remittendi aut retinendi. Sic Apoſtoli Sacerdotes ordinarunt, cum impoſitione manuum. Timotheus à Pau-

2.Tim.1. lo eſt ordinatus, ad quem ſcribit. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Monet præterea Timotheum, noli, inquit, negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuũ Presbyterij, 1. Tim. 4. Tametſi quidem ex virtute vocabuli, Epiſcopus inſpector ſeu ſuperintendens, Presbyter ſenior, Diaconus miniſter appelletur, chriſtiana tamen Eccleſia huiuſmodi verbis ſeu vocabulis aliter vti non conſueuit, quàm pro Epiſcopo, presbytero & diacono.

In veteribus Græcorum & latinorum exemplarijs inuenitur, presbyterij, hoc eſt, ſacerdotij, quemadmodũ illud teſtatur Eraſmus, vnde

in

in ſua tráſlatione poſuit, cum impoſitione manuum, authoritate ſacerdotij. Scribit & ad Titum 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt pergas corrigere & conſtituas oppidatim presbyteros ſicut ego tibi ordinaram.

Auguſtinus Presbyterorum ordinationem nuncupat Sacramentum. De *B*aptiſmo contra *D*onatiſt. Vtrunque, inquit, ſacramentum eſt, & quadam conſecratione homini datum, illud cùm baptizatur, illud cùm ordinatur. Ideò non licet in Catholica Eccleſia vtrunque reiterare. Itidem & Sacramentum illud nominat Leo *1.* ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum epiſt. 9. Chryſoſtomus ſex libellos conſcripſit de dignitate Sacerdotali. De hac inquit lib. 6. cap. 4. Qualem putas eſſe debere, qui pro omni ciuitate, imò pro toto mundo legatione fungitur & deprecatur iniquitatibus omnium propitium *D*eum fieri, non ſolùm viuentium, ſed etiã mortuorum. *D*icit & lib. 3. c. 4. qui ſurſum ſedet ad dexteram patris, ſacrificij tempore hominum manibus continetur. Et c. 6. Qui ſacerdotes contemnit, grauiùs delinquit quã Chore, Dathan, & Abyron, maioremque pœnã commeretur etc. Tranſibimus hic breuitatis cauſa, quæ *D*ionyſ. Pauli diſcipulus, Ignatius, Cyprianus etc. de noui teſtamenti ſacerdotibus ſcripſerunt. Tertullianus quoque refert de noui teſtamenti Sacerdotibus, in lib. de corona militis, & lib. de caſtitate.

Loquitur & de ſectarum inordinatione, libro de præſcriptionibus hæreticorum. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes:

hodie

hodie vnus Epiſcopus, cras alius, hodie Diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras Laicus: nam & Laicis ſacerdotalia munera iniungunt etc.

Haud malè placet ſectis ſacerdotium Ieroboã idololatræ, 3. Reg. 13. Vnde inquit Hieronymus. Proprium eſt hæreticorum deſpicere Eccleſiaſticos, & in eorum ruina gaudere.

Meminerunt & primitiuæ Eccleſię patres altarium quibus ſacerdotes ad ſacrificandum vtuntur. Inter hos vetuſtus ille Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 4. Chriſma, inquit, ſummus ſacerdos accipiẽs, ſupponit illud altari etc. Paulus 1. Cor. 10. refert quoque de altari etc.

Quandoquidem igitur ſatis probauimus ac demonſtrauimus externum noui teſtamenti Sacerdotium: ſequitur externum etiam eſſe noui teſtamenti Sacrificium præter illa ſpiritualia Sacrificia, quæ quilibet Chriſtianus offerre tenetur, veluti Sacrificium cordis Pſal. 50. oris ſiue laudis hoſtiam Heb. 13. Oſeæ. 4. communicationis ſeu ſubſidiariæ largitionis hoſtiam. Philip. 4. corporis hoſtiam Rom. 12. etc.

Chriſtus autẽ ſemel in cruce oblatus eſt cruento modo eaque oblatione adimpleuit & terminauit typica, Aaronica, & cruenta ſacrificia, ſemel mortuus eſt, iam non moritur. Rom. 6. Semel mortali & cruento modo oblatus eſt, nec amplius ſic offertur, Heb. 7, 9.

Teſtantur porrò ſcripturæ Chriſtum eſſe ſacerdotem ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech,

chiſedech, de quo ſcribitur Geneſ. 14. quod erat Sacerdos Dei altiſsimi, & proferens panem & vinum dabat Deo, tanquam Euchariſticum ſiue gratiarum actionis ſacrificium, quòd victoriam dediſſet Abrahæ. Erat enim Melchiſedech ſacerdos, cuius officium eſt offerre, deinde dabat Abrahæ, dicens: Benedictus Abrahã Deo excelſo, qui creauit cœlum & terram &c. Et *A*braham dedit ei decimas de omnibus.

Iuxta ſententiam ſanctæ Eccleſiæ & ſanctorũ patrum tã Græcorum quã Latinorum, innuitur hic figura diuiniſsimi ſacrificij illius auguſtiſsimi altaris Sacramenti in miſſa, in quo Sacramẽto Chriſtus Ieſus, viuus Dei filius, ſemetipſum ſub ſpecie panis & vini in cœna obtulit, & Sacerdotibus Eccleſiæ tantum, ſeipſum ita offerendum ixta ordinem Melchiſedech, mandauit & reliquit, quemadmodum hoc Euãgeliſtæ, & communis ac Catholica vniuerſi orbis Chriſtiani fides atteſtantur, confitentur ac docent. Id nulla ſecta ſtabili veritate reijciet, quãtumuis audacter aduerſum hoc inſurgat: Euincit enim veritas, Chriſtũ eſſe æternum ſacerdotẽ ſecũdum ordinẽ Melchiſedech, quemadmodum hoc ipſum declarauit in cœna: aut verò demonſtrent hæretici, vbi & quãdò alias Chriſtus obtulerit ſecundum ordinem ſeu ritum *M*elchiſedech, præterquam in cœna.

Si itaque Chriſtus eſt ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem *M*elchiſedech, neceſſum etiam eſt eius ſacerdotale Sacrificium in pane & vino conſiſtere, donec ponat inimicos ſuos, ſcabellum pedum ſuorum, & vt Paulus

inquit,

inquit, donec veniat 1.Cor. 11.

Eſt profectò malignæ indolis & petulãtium filiorum qui tali modo deprauatione & peruerſione ſcripturarum matrem Eccleſiam dehoneſtare moliũtur, quaſi iam plus mille quingentis annis errauerit nec Scripturas intellexerit, cum tamen fundamentum ſit & columna veritatis, & penes quam ſemper manent Chriſtus & ſpiritus ſanctus 1.Tim.3.Math.28.Ioh. 16.Sed inconſtantia ac deteſtabilis diſcordia ſectarum, haud obſcurè prodit, quo Spiritu ducti ſectarij ſic calcitrent & vociferentur aduerſus conſonam, ſtabilem, inuictam, Catholicam veritatem.

Neque verò te ſyncere & Chriſtiane lector remorabitur vox Hebraica vœhucohen & ipſe Sacerdos, & vt Munſterus legit quippe qui erat Sacerdos. Sancta enim & Catholica Eccleſia, quæ ſacras ſcripturas nobis demõſtrauit & tradidit, quæque verum ſenſum & intellectum earundem habet, non ſine cauſa legit, enim, quia erat Sacerdos, ſecuti & D. Hieronymus transfert, Septuaginta legunt, erat autem. Item Cyprianus lib. 2. ad Cecilium. Neque verò quicquam patrocinatur miſſæmaſtygis tametſi legant. Et ipſe ſacerdos, ſatis enim eſt quod norimus Melchiſedech Sacerdotem Dei eiúſque oblata panem & vinum fuiſſe, Geneſ. 14.

Cuperent ſanè Miſoliturgi promum condum facere Melchiſedech, ſed ille panem & vinum haud protulit, ad cibandum Abraham eiúſque trecentos decem et octo vernaculos tanquam œconomus ſeu commeatus præfectus,

ſed

ſed vt ſacerdos, in ſacrificium laudis ſeu gratiarum actionis pro obtenta victoria. Nam Abraham eiuſque commilitones iam antè affatim habebant ex præda & ſpolijs quatuor Regum quos Abraham deuicerat.

Hunc genuinum & Chriſtianũ intellectum, nimirum quòd oblatio *M*elchiſedech prefigurauerit ſacrificium altaris, quod Chriſtus in cœna inſtituit, verum, inquam, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpecie panis & vini, teſtantur Hippolitus, Ireneus, Euſebius Cæſarienſis, Emiſenus, Apollinarius, Euſtachius, quos D. Hieronymus allegat epiſtola ad Euagrium.

Et Cyprianus lib. 2. epiſt. 3: inquit, Obtulit Chriſtus quod *M*elchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. *Vide lib. de miſſa Euangelica.*

Atteſtantur & illud Hieronymus ad *M*arcellam, Damaſcenus lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 14. Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis cap. 1. Epiphanius contra *M*elchiſedechianos. Auguſt. lib. 7. de ciuitate Dei cap. 17. & in Pſal. 33. & libro quæſtionum vet. teſtamenti cap. 106. & libro queſtionum. 83. Et lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 21. Et lib. 16. de Ciuit. Dei c. 22. Et li. 17. c. 20. Sacerdos ipſe mediator teſtamenti noui exhibet menſam ſecundum ordinem *M*elchiſedech de corpore & ſanguine ſuo, id enim ſacrificiũ ſucceſsit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamenti etc. Et in Pſal. 106. Theophilactus in epiſtolam ad Hebreos. Et Beda in Marcum lib. 4. c. 14. etc. Perhibent quoque illud veteres Iudeorum Rabbini (vt videre eſt in Gala- *Iudæorũ Rabbini de Sacrificio miſſæ.*

tino lib. 10.c.5) veluti Rabbi Moyſes Hadarſan, in illa verba Gen. 14. de Melchiſedech, pręfigurauit myſterium ſacerdotij: obtulit enim Deo excelſo panem & vinum, ſicut dictum eſt. Erat ſacerdos Dei altiſsimi. Quis eſt hic ſacerdos? Ille de quo ſcriptũ, Tu es ſacerdos etc. Pſal. 109. Et quis eſt hic? Hic eſt iuſtus & ſaluator. Et quid docet dicendum cũ dicit obtulit panem & vinum? Hoc eſt ac ſi diceret quod ſcriptũ eſt, Pſal. 71. Et erit placenta tritici in terra. Et Rabbi Pinas filius Iairi inquit, tempore Meſsiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, ſacrificium panis & vini nũquam ceſſabit etc. In eandem ſententiã ſcribit Rabbi Iohai etc. Quo autẽ loco Paulus de myſtica præfiguratione Sacerdotij Melchiſedech loquitur adijcit, De quo nobis multa forent dicenda, eaque difficilia explicatu. Quod intelligendum eſt de ſacrificio altaris, in quo ex omnipotenti verbo Chriſti. Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus, habemus verum corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecie panis & vini, quod antè præfiguratũ eſt per oblationem Melchiſedech Gen. 14. loquitur autem Paulus ad fidei Chriſtianæ tyrones, quoniã inquit, imbecilles facti eſtis ad audiendum, videlicet, ad tam arcana myſteria intelligendum. Nam quid Paulus Iudæis (qui difficulter Chriſtianam fidem amplectebantur) de his multa ſcriberet, cùm vix vnicum Sacrificiũ crucis illis perſuadere poſſet? Hoc celſiſsimum Miſſæ ſacrificium, etiã denotatũ eſt per panes propoſitionis Exod. 25. qui coram populo in mẽſa collocabantur, & palã conſpiciendi proponebantur.

De panibus propoſitionis.

tur. Pones, inquit Deus, ſuper menſam panes propoſitionis in cōſpectu meo ſemper. Parabis & phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina ex auro puriſsimo. Fuerūt etiam figura noſtri miſſæ ſacrificij panes, qui in monimentum oblationis in menſa puriſsima corā Domino ſtatuebātur in fœdus ſempiternū Leu. 24. memoriā fecit mirabiliū ſuorū (inquit Dauid) miſericors & miſerator dominus eſcam dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculū teſtamenti ſui. Inſuper & agnus paſchalis certa & euidens fuit figura ſeu denotatio ſacrificij miſſę, in quo agnus paſchalis Chriſtus eſt præſens: repræſentatur quoq; Deo patri deuotis precibus, ac deindè cum gratiarum actione ſumitur. *Pſal.* 110.

Paſcha enim noſtrum, inquit Paulus, 1. Cor. 5. imolatus eſt Chriſtus in cruce. *Heb.* 7. 9.

*P*orrò in auguſtiſsimo hoc ſacramento tria aduerti poſſunt. *P*rimo quòd ſit Sacramentū, hoc eſt, panis & vinum: atq; ita præfiguratum eſt per oblationem Melchiſedech, qui obtulit panem & vinum. Geneſ. 14. Deinde quòd res ſit & Sacramentum veritas corporis & ſanguinis Chriſti (quæ pro nobis dedit in paſsionem & mortem crucis) coram & præſens ſub ſpecie panis & vini ita ſignificatum eſt per veteris teſtamenti ſacrificia, & præcipuè per ſacrificium expiationis Leuitici 23.

Tertio, res tantum nimirum effectus huius Sacramenti, atque ſic denotatum eſt per Manna, quod omnis ſaporis dulcedinem continebat Sap. 6. Sic & hoc ſacramentum confortat & reficit animum.

Cæterum agnus Paſchalis planè perfectè in tribus illis hoc ſacramentum deſignauit. Edebatur enim pane azymo, Exod. 12. Item mactabatur & immolabatur ab vniuerſa multitudine filiorum Iſraël, quod figura fuit paſsionis Chriſti, qui etiam agnus propter innocentiam ſuam nuncupatur. Efficiẽtia huius Sacramenti denotatur, quod filij Iſraël per ſanguinẽ agni Paſchalis ab Angelo percutiente defenſi ſunt, & ex iugo Ægyptiacæ ſeruitutis exempti. Atque ſic agnus Paſchalis præcipua fuit huius Sacramenti figura.

Porrò agnus Paſchalis priùs immolabatur, ac deinde edebatur: ſic in noſtra dominica cœna agnus Chriſtus per miniſterium ſacerdotis Deo patri datur & repręſentatur, ac deinde ſumitur, non ſemel quidem duntaxat, ſed vt Chriſtus inquit: Quotieſcunque feceritis. Iudæi ſeruabant Phaſe, edebantque agnum Paſchalem ad memoriam liberationis & eductionis ex Ægypto, & tranſitus angeli percutientis. Sic & nos recolimus memoriam cruenti crucis ſacrificij in oblatione & ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti, pręſentis in officio Miſſæ, nam dominus mandauit ac dixit, Hoc facite in mei commemorationem, Luc. 22. 1. Cor. 11.

Sic conueniunt figura, & quod per figuram denotatum eſt. Agnus enim Paſchalis fuit illius cœnæ figura, quā Chriſtus cum duodecim ſuis diſcipulis habuit, in qua ſeipſum verum & viuum agnum paſchalem ſub ſpecie panis & vini dedit diſcipulis: figura autẽ iubebatur immolari, Exod. 12. Deut. 16. ſic & veritas: Paſcha

enim

enim noſtrum immolatus eſt Chriſtus, 1.*C*or.*5.* *I*oan. 1.*A*poc. *13.* Notatur Exod. *12*. Deut. *16.* quomodò typicus ille agnus erat edēdus, quod in figura ac typo cōtigit, vt nos in veritate diſcere queamus, quomodò noui teſtamenti agnum Ieſum Chriſtum in ſacramento ſumere debeamus. Agnus anniculus eſſe debebat purus, ſine macula, maſculus, quod deſignat perfectionem & innocentiam Chriſti domini, qui peccatum non fecit, Eſaiæ 53. *1*. Pet. 2. Hic eſt vir fortis, Hierem. 31. Eſaiæ 9.

1. Cor. 10. *Quomodò agnus Paſchalis comedebatur.*

Hœdus quoque erat immolandus, quo ſignificaretur, Chriſtum non ſuam ob culpam, ſed ob noſtra peccata pàſſum & mortuū, Eſaiæ *53*. nam hœdi immolatio fiebat pro peccato.

Poteſt etiam dici agnum præfiguraſſe diuinitatem Chriſti: hœdum verò humanitatem. Porrò tametſi Chriſtus Deus & homo, pro nobis in cruce ſit mortuus, diuinitas tamen mori non poteſt, ſed vt Dei filius pro nobis moreretur in cruce, Deus homo factus eſt, qui pati & mori poſſet. Quod etiam in Iſaac & ariete præfiguratum eſt, Geneſ. 22. Hic agnus anniculus attulit nobis placabilem illum iubilæum, Eſa. *61*. Tempus acceptabile, 2. Cor. 6. annum benignitatis ſuę, Pſal. *64*. Tempus miſericordiæ ſuæ, Pſal. 101. impetrauitque nobis annum illum ſempiternum in regno *D*ei, Eſa. *63*. Tota quoque multitudo mactare ſeu immolare debebat vſque ad veſperam, & ſumere de ſanguine eius, eoque vtrunque oſtij poſtem & ſuperliminare illius domus aſpergere in qua agnum edere vellent.

Iſtud fit quando fideles, in quibuſuis terrarũ oris conueniẽtes, agnũ Chriſtum in ſacramento participant, nõ ore duntaxat, ſed & corde & cum gratiarũ actione. Sumus nos templum & domus Dei, 1. Cor. 3. Superliminaria ſunt mẽs, intellectus, volũtas. *H*æc ſuperliminaria aſpergimus, quãdo non in vera duntaxat fide ſumimus, ſed & meditamur, quomodo hũc agnum in vitæ ſanctimonia imitemur iuxta verba *P*auli. Hoc ſẽtire in vobis, etc. Et *1*. Pet. 2. Ro. *6*. 2. Tim. 2. Limen ſunt externi ſenſus noſtri vt hos cuſtodiamus, ne mors intret per feneſtras noſtras. Non comederis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. Aſſus agnus ſignificat corpus Chriſti, qui in paſsione ſua, igne ardentiſsimi amoris toſtus eſt & arefactus, obtulit ſe *D*eo viuẽti hoſtiã viuã in cruce, Epheſ. 5. Aruit tanquã teſta virtus mea *P*ſal. 21. Conficitur prætereà corpus Chriſti per virtutem & operationem ſpiritus ſancti etiamnum quotidiè per Sacerdotem, iuxtà mandatum Chriſti, Luc. *22*. *H*oc facite in mei commemorationem. Athanaſius lib. *1*. ca. *7*. de miraculo imaginis crucifixi. Sanguis Chriſti in ara altaris per manus ſacerdotũ quotidie efficitur. *H*iero. ad *H*eliodorũ: Sacerdotes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt per quod & Chriſtiani ſumus etc. Quoniam autem intellectus noſter eiuſmodi myſteria capere non poteſt, prohibetur ne quid crudum aut aqua coctum ex eo comedatur, hoc eſt, ne hæc tam ſublimia myſteria animali intellectu noſtro æſtimemus, *1*. Cor. 2. ne dicamus cum Iudæis. Nunquid poterit deus

Philip. 3.

Quomodo ven: ſacramentum ſumi debeat.

Vide Grego. *Nyſſen. in vita Moyſis.*

Pſal. 77.

pararę

parare menſam in deſerto? aut cum illis qui dicebát. Quomodò hic poteſt nobis dare carnem ſuam ad manducandum etc. Ioan. 6. Quapropter aſſus eſſe debebit igne Spiritus ſancti vt intellectum noſtrum ligemus & in ſeruitutem Chriſti redigamus, 2. Cor. 10. Ne animalis homo, cùm de hoc Sacramento interrogatur, reſpondeat, ſed fides & homo chriſtianus. Azymo quoque pane edendus erat agnus. Sic in hoc Sacramento adhibetur azymus panis, non ex vigore aut præcepto legis, ſed quia Chriſtus eo modo in cœna vſurpauit, & Eccleſia recepit. Significat quoque, omnes qui hoc Sacramentum participare velint, prius vetus fermẽtum, hoc eſt peccatum expurgare debere, 1. Cor. 5. & pura conſcientia percipere. Chriſtus inquit: Attendite à fermento Phariſæorum, id eſt, falſa doctrina. Quamobrem quotquot falſa doctrina fermentati, & aduerſus ſynceram & catholicam doctrinã exacerbati ſunt, hoc Sacramentum non percipient: quãdoquidem ſunt extrà Eccleſiam ſiue comunionem, nec vſquam eſt ſalus, niſi in Eccleſia catholica.

Fideles erunt azymi, hoc eſt, ſynceri ac ſuaues in charitate Dei & proximi. Nam chriſtiani inuidia aut irreconciliabili odio madentes, non ſunt digni, qui hoc Sacramentum participent. Qui enim fratrẽ ſuũ odit, ex Diabolo eſt, eſt in tenebris, eſt homicida, occidit enim animam ſuã & manet in morte, 1. Ioan. 3. Comedetis cum lactucis agreſtibus, id, eſt, Sacramentum hoc cum amaritudine operum pœnitentiæ ſumi debet, erimus triſtes ſecundùm Deum,

 2. Cor. 7.

2. Cor. 7. *D*eflere debemus peccata noſtra cum *P*etro & Magdalena etc. beati enim qui flent, quia ridebunt, Luc. *6*.

Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. *C*hriſtiani qui hoc Sacramentum percipiunt, diligẽter conſiderabunt, ſe verum Deum (qui per caput) & verum hominem (qui per pedes intelligitur) percipere. Ipſe eſt verus ac viuus *D*ei filius, cui omnis poteſtas data eſt, qui & caput eſt totius eccleſię.

Reſpiciet quoque fidelis ad caput, hoc eſt ad verba & opera quæ *C*hriſtus tanquam Deus dixit & fecit: & ad pedes, id eſt, ad geſta & ſermones quos habuit *C*hriſtus velut homo: humiliauit ac demiſit ſe vſque ad pedes diſcipulorum ſuorum. Ioan. *1*3. Philip. 2. Fleuit, eſurijt, mœſtus fuit etc. ne animus tuus ſcandalum aliquot incurrat. Nam beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in me, Matth. *1*1.

Per inteſtina denotatur fidelem hoc *S*acramentum ardenti deſiderio ac deuotione debere percipere: Beati enim qui eſuriunt ac ſitiunt iuſtitiam. Clama ex corde ad Deum, vt dignum te reddat per gratiam ſuam corpore & ſanguine ſuo in hoc Sacramento, vt illi incorporeris, per gracioſam hanc vnitionem ſeu coniunctionem.

Nec remanebit quicquam ex eo. Nihil ſinemus intellectui noſtro obhærere, de quo dubitemus, quo pacto Chriſtus integer eſſe queat ſub ſpeciebus panis & vini: ſed qui Sacramentum hoc percepturus eſt, perfectam circà illud fidem habere debebit.

Si

Si quid reſiduum fuerit igne comburetis, hoc eſt, quicquid intellectu comprehendere nequiueritis, humiliter committetis ſiue legabitis virtuti & omnipotentiæ Spiritus ſancti, cui nihil impoſsibile, Luc. 1. Ne fodices illa, quæ non intelligis, neque contēnas ea quæ non ſcis: Niſi enim credideritis non intelligetis, Eſaię 7.

Renes veſtros accingetis. In renibus eſt concupiſcentia carnis. Dauid orat, Domine vre lūbos ſeu renes meos igne diuinæ gratiæ, ne per praua deſideria incidam in iram Dei. Chriſtianus ſuccinget lumbos ſuos, malam concupiſcentiam frenabit, ne in ipſo dominetur aut regnet peccatum, Rom. 8. Nam ſi ſecundum carnem vixeritis moriemini. Succinge lūbos tuos timore Dei, & Chriſtiana præparatione, 1. Cor. 11 Probet ſeipſum homo etc. Si Paulus exigit caſtitatem propter orationem, 1. Cor. 7. quam puritatem requiret in illo, qui hoc Sacramentum participabit. Veteris teſtamenti ſacerdotes abſtinere debebant à conſuetudine vxorum ſuarum tempore ſacrificij: quæ caſtitas illos decet, qui quouis tempore parati erunt, hoc ſanctiſsimum altaris Sacrificium, ex officij ſui debito quotidiè offerre?

Calceamenta habebitis in pedibus. Intimam humilitatem in affectibus. Hic enim ſacratiſsimus cibus, magnam expoſcit humilitatem: dicendo cum Centurione: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meū: & cum Publicano, Deus propitius eſto mihi peccatori. Proponite inſuper vobis ſanctorum exēpla quomodo vicerint regna & operati ſint iuſtitiam,

Heb. 11. Quomodò gratia Dei ſubnixi oēs tentationes ſtrenuè ſuperauerint ad coronam vitæ, Iacobi 1.

Tenentes baculos in manibus, hoc eſt, omne auxiliū & cōſolationē tuā colloca in Chriſtum Ieſum & hūc crucifixū, illius auxilio & virtute freti, pollemus omnibus bonis ad vitā ęternam neceſſarijs: Acceſſurus igitur altare domini ſumas in manibus baculū, meritū paſsionis Chriſti, in eo omne ſolatium, omnis noſtra ſalus.

Et comedetis feſtinanter. Operabimur bonum dum tempus habemus. Ne tantam ſalutem negligite, ne Ægyptij aut Pharao vos præfeſtinent. Comedite feſtinanter cœleſtē agnum, dum per Catholicos ſacerdotes vobis ad ſalutē porrigitur. De hoc dicit Chryſoſtomus in ſermone de ſacrorum participatione myſteriorum, redarguens noſtram incuriam. Incaſſum, inquit, aſtamus altari, nullus eſt qui communicet. Cōſidera quæſo, menſa regalis eſt appoſita, angeli miniſtrant menſæ, quia rex ipſe adeſt, & tu ſtas, & non curas? Pura ſunt ſacrificia, igitur adora & communica, hic eſt enim agnus Dei, cum vela videris retrahi tunc ſupernè cœlum aperiri cogita & angelos deſcendere. Dionyſius, diuina inquit munera oſtendit Epiſcopus. Ignatius epiſtola ad Epheſios. Feſtinate frequenter accedere ad Euchariſtiam & gloriam Dei, quando enim aſsiduè hoc agitur expelluntur poteſtates Sathanæ. Feſtinate etiam ô Chriſtiani per rectam fidem & ſanctam vitam ire in æternam requiem, in æternam lucem, feſtinate, ne tenebræ vos comprehendant

Vide Chryſoſt. lib. 6. de Sacerdotio.

Ioan. 9.

Ioan.9. Diuus Paulus quoque prorſus euidenter loquitur de Sacrificio Altaris. 1. Cor. 10. vbi dicit de menſa domini & menſa dæmoniorum, item de calice dæmoniorum. Sumuntur autem hic menſa ac altare pro eodem. Prohibet Apoſtolus chriſtianis participare ſeu edere & bibere de idolothytis, dum ederent & biberent de eo quod immolabatur in menſa ſeu altari domini. Deliberent diligenter ſectæ de reſponſo, quid ad edendum & bibendum in altari domini ſit oblatum. *Quomodo miſſa ſacrificium.*

Mirandum profectò eſt, ſectas miſſæ ſacrificio tam hoſtiliter aduerſari, quandoquidem non heri aut nuper primum natum eſt, aut pecuniæ cauſa adinuentum. Verum hoc odium certo prouenit ex diabolo, qui diuiniſsimum hoc Sacrificium nec pati nec tolerare poteſt. Nam ſi mala eſſet Miſſa haud infeſtaret eam Diabolus.

Quando credunt hæretici verum corpus & ſanguinem Chriſti in Sacramento ſuper altare contineri, quæri poteſt an Chriſti corpus & ſanguis ſint ſacrificium. Hic reſpondete luſcioſi ſectarij. Si non eſt ſacrificium, inanis eſt fides noſtra. Sin autem corpus & ſanguis eius eſt ſacrificium heri & hodie, atque idem in æternum cur negant miſſę Sacrificium? Cũ vtiq; Miſſa nihil aliud ſit, quã corpus & ſanguis Ieſu Chriſti, qui dixit: Hoc eſt corpus meũ, hic eſt ſãguis meus. Si igitur corpus & ſanguis eius eſt ſacrificium, neceſſum ſanè eſt miſſam eſſe ſacrificium. Quamdiu enim corpus Chriſti eſt in terris, tamdiu & Sacrificium eſt ſuper terram. *Nota.*

Sed aiunt ſectarij ſacrificium illud miſſam appellari non debere, quia ſcriptum non ſit, verum cur illi ſuam cœnam vocant Sacramẽtum? Vbi ſcriptum eſt? Nos autem nomen, Miſſa, ab Apoſtolis accepimus, quod ſignificat Sacrificium, quemadmodum vocula illa Hebraica Miſlah atteſtatur. Ignatius Epiſtola ad Smyrnenſes dicit de celebratione Miſſæ & Clemens Epiſtola 3. ad Iácobum fratrem Domini loquitur de facienda miſſa & addit. Hæc Apoſtoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt, hæc nos docemus, vobiſque & omnibus abſque reprehenſione tenere & docere quibus agendum eſt mandamus. Alexander primus qui vixit anno domini 119. Theleſphorus qui floruit anno domini 134. Sother qui anno 174. Fabianus qui anno 244. etc. loquuntur de celebratione Miſſæ & ad nos per ordinariam ſucceſsionem peruenit, eoque vocabitur nomine vſque ad nouiſsimum diem.

Miſſa tempore apoſtolorũ.

Ad hæc ſcribunt & fatentur Apoſtolorum diſcipuli & Sancti primitiuæ Eccefiæ patres vnanimiter, Miſſam non eſſe Sacrificium laudis ſeu Euchariſticum tantum, ſed & corpus & ſanguinem Chriſti in Sacramento altaris vocant oblationem & Sacrificium, Dionyſius, Clemens, Ignatius, Martialis etc. qui ipſi hoc ab Apoſtolis audiuerunt, nec enim omnia ſcripſerunt Apoſtoli. Paulus inquit. 1. Cor. 11. Cætera cùm venero diſponam. Quid autem eſt illud quod Paulus apud Corinthios diſpoſuit? Certè hęc diſpoſitio oretenus duntaxat facta eſt. Iam age reſpondeas, nunquid hanc diſpoſitionem

ſeruari

ſeruari oportuit, quoniã ſcripta non fuit? Nunquid os Pauli tam præſtans & inffallibile fuit atque eius calamus? Ex eo ſequitur Apoſtolos circa Sacramenta multa inſtituiſſe, quæ ſcriptis comprehenſa nõ ſunt, quemadmodum etiam Auguſtinus id ipſum teſtatur Epiſtol. 118. Apoſtolos ordinaſſe, vt hoc ſacramentum non niſi mane & à ieiunis ſumatur quod à Domino præceptum non eſt.

Quamobrem credendę & ſequendę eſſent traditiones Apoſtolicæ iuxtà doctrinam *Irenęi* lib. 3. cap. 4. Quid ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis inquit Irenæus, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs quibus committebant Eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multæ gẽtes *B*arbarorum eorum qui in Chriſtum credũt, ſine charactere vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem.

Hic Irenæus Miſſam etiam Sacrificium appellat lib. 4. cap. 32. *S*ic Anacletus, Alexander. lib. de caſtitate: ſacerdos offert & tingit etc. Origenes, Cyprianus in ſermone de cœna domini, lib. 2. Epiſtola ad *C*ecilium, ad Quirinum. Chryſoſtomus Homilia 17. ſuper ad Hebręos, & 2. *T*im. Et ſuper Matthæum Homil. 83. lib. de dignitate Sacerdotali, Ambroſius. Hieronymus, Auguſtinus lib. *17.* de *C*iuit. Dei cap. *5.* & lib. *22.* cap. 10. & lib. *8.* cap. 27, & lib. 22. cap. *8.* & lib. *17.* cap. *20.* & lib. *10.* cap. *6.* & *1*6.

Veteres patres nominãt Miſſam ſacrificium.

Theophilactus ſuper Epiſtolam ad Timotheum etc. ſic non tantum Latina confitetur Eccleſia, ſed & vniuerſa Græcia. Et quemadmodum

modum Miſſam Hebraicè nuncupans miſſah, id eſt, ſacrificium, ita Græci eam nominant λιτουργίαν. In ſumma vniuerſus orbis Christianus miſſam ab Apoſtolorum temporibus vſque ad hodiernum diem appellauit Sacrificiū, manebitque ita ſacrificium donec veniat, quantumuis ringentibus vniuerſis inferorum portis. Quocirca miſſam contemnēdo nihil aliud efficiunt Sectarij quàm vt ipſorum veſania, inſi-
2.Tim.3. pientia & ſtultitia manifeſta fiat orbi vniuerſo, quòd Spiritum ſanctum, doctorem veritatis, & gubernatorem Eccleſiæ mendacij & erroris arguere inſtituant, ſed iudicium illorum
2.Petr.2. non ceſſat. Clementiſſimus Deus largiatur hæreticis vt temeritatem, cœcitatē & execrabiles errores ſuos agnoſcant. Nos ad verba Prophetę reuertemur, ac diſcemus, quid in difficilibus hiſce anguſtijs & neceſſitatibus factu conſultum ſit quandoquidem à ſectis diripitur, blaſphematur, polluitur & conuicijs inceſſitur, veritas Sacramēti, oblatio corporis & ſanguinis Chriſti in altari, per minchah & naſech hoc eſt libationem ſignificati.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domū domini Dei veſtri, & clamate ad Dominum a a a. diei, quia prope eſt dies domini, & quaſi vaſtitas a potente veniet &c.

Admonet propheta Sacerdotes officij ſui vt populum ſedulo & fideliter doceant, orentque pro eo: ſunt enim paſtores ouium Chriſti, oculi plebis, ſpeculatores domus Dei, rectores redemptorum & ciuium ſanctorum de quibus Paulus dicit Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus

nibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſsit ijs qui ignorant & errant, &c. Vnde & ab hominibus ſuſtentari debebit, Oſe.4. Peccata populi mei comedent, 1.Cor.9. Gal. 6. Qui autẽ docebũt ſacerdotes ingruẽtibus anguſtijs & calamitatibus, quando vidẽt illã diuinæ iræ romphæã & quando benedictum illud ſacrificium, per quod ſacramur, quod aſſcriptum in cœlis, iuge ratum eſt & efficax ſacrificium, per quod Chriſto incorporamur, illud rationale per quod exuimus animalem affectum, illud acceptabile ſacrificium, per quod Deo reddimur acceptabiles &c. Opprobriis & cõtumelijs proſcinditur? Principio docebunt Chriſtianum Deo acceptũ non Gentilitium ieiunium (ait enim) Sanctificate ieiunium) quod fiat in fide ad laudẽ Dei, quemadmodũ hoc Chriſtus docuit. Cũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c. *Math.6.*

*T*u autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, miſereare pauperum, quicquid illis beneficij præſtiteris, ſibi factum reputat Chriſtus: & faciem tuam laua, emacula conſcientiam tuam Sacramentali pœnitentia. Tali ieiunio redditurus eſt Chriſtus mercedem. Math.6. Sic priſci illi patres fecerunt, quãdo viderunt vindictam & plagam indignationis diuinæ, ieiunauerunt & humiliati ſunt coram Deo.

Quod autem hoc Deo fuerit acceptum demonſtrat ieiunium Niniuitarum. Vidit Deus opera eorum &c. Ionæ.3.

Cum Holophernes ciuitatem Bethuliam obſide-

obſideret, hortabatur Iudith populum ad ieiunium & orationem, & Deus per Iudith mirabiliter ciuitatem liberauit. Rex Ioſaphat prædicabat ieiunium cùm Maobitę armis ipſum aggrederentur, & largiebatur ei Deus victoriam. 2. Paral. 20.

Achab humiliabat ſe indutus ſacco & ieiunans, & Deus illi pepercit. Ieiunabat Moyſes Exod. 24. Dauid 2. Reg. 12. Heſter cap. 4. *H*elias, Neemias, Daniel. Apoſtoli ieiunauerūt. Actor. 13. 14. 27. Ieiunauit Chriſtus, Paulus 2. Cor. 6. omnes ſancti & electi ieiunauerunt.

De merito autem ieiunij Chriſtiani ait Auguſtinus de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 68. Pro amore caſtigandi corporis, abſtinentibus à vino vel carnibus, nihil credere meriti accreſcere, non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. Ieiuniū autem non vocatur mediocritas in cibo & potu, quemadmodum inquiūt ſectę, verùm Scriptura appellat ieiunium pœnalem ſiue cruciabilem à cibo & potu abſtinentiam ad caſtigationem & humiliationem corporis, vtque homo aptior & magis idoneus reddatur ad orandum. Chriſtiano ſemper temperatè comedendum & bibendum eſt. Luc. 21. ait Chriſtus: Attendite ne corda veſtra grauentur crapula & ebrietate etc. non autem ſemper tenemur ieiunare. Niniuitarum ieiunium nō fuit temperata ſumptio cibi & potus, ſed acerbum quoddam ſeu cruciabile cibi potûſque deliquium. Dauid inquit: Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, Pſal. 108. *H*oc genus dæmoniorū, inquit Chriſtus, nō eijcitur niſi per orationem & ieiunium.

Ieiunium non vocatur temperata refectio.

Matth.

Math. 17. Mar. 9. Bona eſt oratio cum ieiunio; Tob. 12. Ieiunârunt filij, quãdo ſponſus ab illis ablatus eſt in cœlũ, Mat. 9. Origenes in Iob li. 3. Cùm ieiunamus, carnibus non veſcimur & vinum non bibimus. Dicit & homil. 10. ſuper Leuiticum, ieiunamus quarta & ſexta feria. Chryſoſtomus in Geneſ. cap. 1. Homilia 1. quãdo ieiunamus non ſunt carnium conciſiones vel coquorum diſcurſus.

In ieiunio nõ veſcimur carnibus.

Refertur & chriſtianorum conſuetudo, quòd nonnulli ab omnibus abſtinebant, quæ animã ſenſitiuam habuiſſent: alij duntaxat piſcibus veſcebãtur: alij ab ouis tẽperabãt, alij nudo tãtùm pane victitabant. In hiſtoria tripartita lib. 9. cap. 38. Et lib. 11. cap. 17. dicitur de Theodoſio iuniore, quòd plerumque ieiunabat, & maximè quarta feria & ſexta, nec aliud quàm monaſterium Regalia videbantur.

Auguſtinus epiſtola 86. ad Caſulanum dicit chriſtianos Romæ feria quarta, ſexta & ſabbatho ieiunaſſe. Nam Petrus cum Simone Mago die dominico certaturus, propter ipſum magnę tentationis periculum, pridiè cũ eiuſdem vrbis Eccleſia ieiunauit: quarta autem feria conſiliũ reperiuntur ad occidendum dominum feciſſe Iudæi: ſexta paſſus eſt dominus mortem in cruce. Sabbatho caro Chriſti in monumẽto requieuit. Ignatius quoque refert de ieiunio quartæ & ſextæ feriæ. Epiſtola ad Philip.

Theophilactus, feria quarta concilium conuenit, & propterea ieiunamus & nos quartis ferijs, ca. 14. in Marcũ. Theophilus Alexãdrinus lib. 3. Paſchali, inquit, Non decet ieiunantes

temporeagonis & prælij veſci carnibus monē te ſcriptura: Affligetis animas veſtras. Docet nos ſancti Danielis & trium puerorum hiſtoria, tempore ieiunij vinum nō eſſe bibendum, nec carnes edendas.

Euſebius refert D.Blandinám martyrem dixiſſe. Erratis ô viri putātes infantum carnibus veſci, qui ne animalium quidem carnibus vtimur, lib. 5. Eccleſiaſt. hiſtoriȩ cap. 1.

Ignatius admonet Heronem ne adeò penitùs à vino & carnibus abſtineat. Idē facit Paulus, admonens Timotheum ne meram aquam bibat, ſed modico vino vtatur. Eiuſmodi moderationē docet Paulam Hieronymus. Auguſtinus præclaram refert de ieiunio ſententiam lib. 30. contra Fauſtum cap. 5. Chriſtiani, non hæretici, ſed catholici edomandi corporis cauſa, propter animam ampliùs humiliandum, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, ſicut per quadrageſimam ferè omnes etc. Dicit & lib. 1. De moribus catholicæ Eccleſiæ cap. 31. Monachi cœnobitæ à carnibus & vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum.

Habet prȩterea de abſtinentia carnis & vini in quadrageſima ſermone 1. in dominica prima quadrageſimȩ. Meminit & Ambroſius abſtinentiæ carnis quarta feria & Sabbato. In ad Romanos cap. 14.

Epiphanius lib. de hȩreſibus. Tradiderunt, inquit, Apoſtoli vt in his diebus (quarta et ſexta

feria)

feria)ieiunia fierent etc. Ad eiuſmodi Chriſtianum ieiuniũ ſacerdotes ſiue prædicatores populũ ſeriò admonebunt:nam quemadmodum Deus grauiter offẽſus eſt ſaturitate panis,quod videre eſt temporibus Noë & Loth. Ezech. 16. Gal. 5. Sic Deus hoc modo offenſus, per chriſtianam abſtinentiã & pium ieiuniũ poteſt placari. Si ad inferos deuenitur per crapulam,Gal. 5. ad cœlos perueniemus per abſtinẽtiam. Mat. 6. Tu cùm ieiunas etc. pater tuus qui videt in abſcõdito reddet tibi. Anna prophetiſſa, ſancta vidua,nõ diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die, Luc 2. Exhibeamus noſmetipſos ſicuti Dei miniſtros,in ieiunijs,etc.inquit Paulus,2.Cor.6.

Ex his videre eſt, ex quo Spiritu loquantur ac doceant illi, qui peruerſis Scripturis fideles in carnis libertatem ducunt,vt vnicuique liceat ac permiſſum ſit edere quando & quid libeat (iuxtà erroneam ac damnatam Aërij doctrinam) nihil penſi habeat proximi ſcandalum, quod tamẽ Paulus inhibet,ac dicit, malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Hi *Rom.14.* peccant in Chriſtum,& fratrem, nec ambulant *1.Cor.8.* ſecundum charitatem. 1.Cor.8. Chriſtus illis qui vnum ex puſillis ſcandalizauerint,minatur væ ſempiternum.& præterea temporariam pœnam, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius etc.Matth.18.

Verbum illud Pauli 1.Tim.4.de prohibitione ciborum planè nihil patrocinatur Sectarum temeritati & peruicaciæ, qua contortis & deprauatis verbis ethnicã et effrenem helluationem

De prohibitione quorundã ciborum.

inducunt. Nam Paulus eò loci non loquitur de abſtinentia chriſtiana, quã Ioël appellat ſanctificationem ieiunij, ſed de hæretica auerſatione & horrore, quòd nonnulli dicebant hos vel illos cibos ex natura malos, nec eſſe ex Deo. Tales erant Seueriani, aſſerentes diabolum creaſſe vinũ: item Manichęi, Taciani, Marcionitæ etc. contra hos pronũciat Apoſtolus dicens omnes cibos naturâ eſſe mundos & bonos, quẽadmodum etiã Angelus dicebat ad Petrum, Act. 10. Porrò ſi omnes qui cibum prohibent, ſunt ex diabolo, quid dicturus es, quòd Deus Adamo in Paradiſo quibuſdam cibis interdixit?

Apoſtoli quoque fidelibus quorundã ciborum abſtinentiã præſcripſerunt, Act. 15. Quod temporibus Tertulliani adhuc obtinuit. In Apologetico cap. 9. contra gentiles. Et Origenes in morali. c. 23. homi. 16. refert de obſeruatione eiuſmodi apoſtolicarum traditionũ. Quãuis Auguſtinus lib. 32. c. 13. contra Fauſtum Manichæũ hunc morẽ poſtea exoleuiſſe dicit. Ideóne Apoſtoli ex diabolo fuere? Deliberate prudenter infœlices Sectarij, quid reſpondendum putetis. Si omnes illi ſunt ex diabolo, qui cibos prohibent, quẽadmodum ſine vllo delectu vociferantur Sectarij, ex quorum Angelorum numero erunt Medici, qui cibis quibuſdã interdicunt ægrotis? Qua fronte audent hæretici Sanctam Eccleſiã, fundamentum & columnã veritatis damnare, quòd certorum dierum ieiunia ad Dei laudem, corporis caſtigationem, & Spiritus humiliationem inſtituit? Laudantur in ſcripturis Rechabitæ, quòd vinũ non biberint,

Hier-

Hieremiæ 35. Angelus Gabriel de Ioanne dicit: Vinum & ſiceram non bibet, Luc. 1. Quis Ioannem baptiſtam docuit à carnibus & piſcibus abſtinere? *M*arci 1. huius abſtinentiæ ſuæ ergo commendatur.

Timotheus non eò temperauit à vino, quòd mala eſſet creatura, aut immunda, ſed ad caſtigationem corporis ſui. Verùm ille modum penè excedebat, nam ex ieiunio & aquę potu reddebatur infirmior ac debilior, vnde tum apoſtolus ipſum ad modicum vini vſum hortabatur. Hæc Pauli admonitio neceſſaria non eſt, poſt nouum nuperque adinuentum Euangelium, ſiquidem omnia vt vino madeant & exuberent, oportet: ſed peribit ab ore ipſorum quemadmodum diuiti epuloni eueniebat, niſi pœnitentiá egerint in diebus ſalutis. Quapropter agite ô chriſtiani diſcite ſcripturas exponere & intelligere ad caſtigationé carnis, vt eá exhibeatis hoſtiam viuenté Ro. 12. vt in nouiſsimo die caro crucifixa, ieiunioq; & abſtinétia coercita, reſurgat in gloria, Apoc. 21. vbi tum abſterget Chriſtus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorũ, illiſque dicturus eſt, Bibite & inebriamini chariſsimi: inebriabũtur enim ab vbertate domus Dei. Faciet illos diſcũbere, & dicet Spiritus ad illos vt requieſcant à laboribus ſuis. Serui mei, ait Deus, Eſa. 65. comedẽt & bibent. Luc. 22. Beatus qui mãducabit panem in regno Dei, Luc. 14. Quoniam porrò ſanctiſsimum noui teſtamenti ſacrificium, quod Chriſtus per miniſterium ſacerdotis ſecundùm ordinem Melchiſedech in memoriam ſui cruenti

1. Tim. 5.

Cant. 5.

Pſal. 35.

Apoc. 14.

ac potator foret ſobrius: adulter, caſtus: inuidioſus, erga omnes benignus : blaſphemus loqueretur ſermones Dei : rebellis eſſet obediens etc. Abſtine, & ieiuna à malis deſiderijs, frena ſenſus tuos, oculos, aures, linguam, manus, pedes etc. vt ſanctus ſis corpore & ſpiritu. Tale ieiunium Deo eſt acceptum.

Quid ieiunium corporale, ſi fratrem tuum mordes & comedis? De quo Paulus Gal. 5. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Aliqui deuorát pauperem in occulto, Chriſtus auaros Phariſæos vocat deuoratores domorum viduarũ. Tales inueniunt mortẽ in olla 4. Reg. 4. Chryſoſtomus homilia tertia ad populũ Antiochenum inquit. Non veſceris carne, neque igitur tuam per oculos commoueas carnem & hom. 3. in Gen. Nõ putabimus corporale ieiuniũ ad ſalutem ſufficere etc. Auguſt. ſermone 1. in dominica prima Quadrageſimæ. Abſtinemus, inquit, nos à carnibus, quib' alijs diebus vti licet: abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet. Qui ergò iſta vitamus quæ aliquando licent, in primis peccata fugiamus quæ nunquam licent. *Lucæ 20.*

Qui ieiunare non valet (inquit Chryſoſtomus) plures largiatur eleemoſynas, feruẽtior ſit in orationibus, diligentior in audiendo verbo Dei. In Geneſim homilia nona.

Deinde debent ſacerdotes ratione officij ſui, cœtum fidelium cõgregare in domum domini, & orare pro populo, eumq́ue ad deuotè precandum ſeriò exhortari: ſic enim inquit Propheta. *Heb. 5.*

Non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum Mar. 11. Moleſtè ferebat Apoſtolus in Corinthijs, quod ederent & biberent in templo, inquiens. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis? quod Orthodoxi patres de materiali templo ſeu Eccleſia exponunt. 1. Cor. 11.

Teſtantur & Gentilium Hiſtoriæ violatores ſeu deformatores etiam paganicorũ templorum horribiliter punitos.

Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Act. 3.

Eodem modo & nos Chriſtiani in templũ conueniemus & coniunctim orabimus. Nam vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Quin etiam impoſsibile eſt, multorum orationes nõ exaudiri. Veruntamen ſtudioſius in templum conueniremus ad orãdum inſtante aliqua neceſsitate. Chriſtus factus in agonia ad montem oliuarum, prolixius orabat, ponebat genua, procidebat in terram & orabat. Paulus in carcere petit iuuari orationibus. Petrus cùm ſeruaretur in carcere, oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Actor. 12.

Conueniẽdũ eſt in templũ ad orandum. Math. 18. *Lucæ 22.* *Rom. 15.*

Cupidè Eccleſiam frequentabimus, quia eſt domus Dei noſtri, patris noſtri, & domus orationis. Puer ſi affligatur à pueris, ad domũ patris confugit. Sic quando perſequitur inimicus animam noſtram, ad domum orationis tanquã ad aſylũ confugiemus, & quicquid petierimus patrem in nomine Ieſu, dabit nobis, Ioan. 16.

Scimus Paulum dixiſſe, orandũ eſſe in omni 1. Tim. 2.

 loco,

loco, bona deſideria habenda bonorũ & chariſmatum cœleſtium, ſemperque inueniri nos debere in bona voluntate & propoſito. Præter hoc ſunt materialia templa (quæ ſancti patres κυριακὰ ſiue Dominica, & *Baſilicas*, id eſt, Regales domos etc. nuncuparunt) ad orandum inſtituta & erecta, vt coniunctim oremus, verbũ Dei audiamus, Sacramenta in ijs percipiamus etc. Vnde commendatur Anna in Euangelio, quòd non recedebat de templo &c. Lucæ 2. Duo homines (inquit Chriſtus) aſcendebant in templum vt orarent. Luc. 18. Sic clauſo cubiculo orare cenſentur, qui humili corde & ſenſibus collectis in Dei honorem precãtur, ne dicatur: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me Math. 15.

Eſaie 29.

Heb. 5. Porrò quoniã ad Sacerdotis ſeu miniſtri altaris munus etiam requiritur, vt pro populo ac ſemetipſo offerat preces, poſſet hic de horis Canonicis referri, quandoquidem hæ à *S*ectis abrogantur & contemnuntur: cùm tamen ob diuina chariſmata ac dona, in nouo teſtamento per Ieſum Chriſtum viui Dei filium nobis exhibita, ad maiorem gratitudinem obligemur, quam illi qui tempore veteris teſtamenti extiterunt: maior autem gratia maiorem gratitudinem expoſcit.

1. Par. 25. Si autem cantores quorum ingens fuit numerus in templo Salomonis ſine intermiſsione Dei laudẽ, in gratitudinẽ perceptorũ beneficiorum, magnificè decantarunt, clerici qui à ſorte ſiue parte domini nomen habent, aſsiduas Dei laudes in templo non prædicabunt?

Paulus

Paulus admonet Timotheum vt quendam orandi modum & ordinem inſtituat, vt primũ omniũ fiāt obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt &c. 1. Tim. 2. Quod & fit in ſeptem horis canonicis: obſecrationes ſunt Pſalmi: orationes ſunt Antiphonæ: collectæ ſunt poſtulationes, hymni gratiarum actiones: inſeruntur his quædam capitula ex ſcripturis, vt fidei, charitatis ſanctæque ac iuſtæ vitæ admoneamur. Chryſoſtomus in 1. Timoth. 2. docet quid ſibi velit primum omnium fieri obſecrationes &c. In obſequio ſcilicet quotidiano, perpetuoque diuinæ religionis ritu. Atque id nouerunt Sacerdotes, quomodò diebus ſingulis manè & veſpere orationes fundantur ad dominum, pro omni mundo & Regibus &c. Sedulius in Epiſt. ad Romanos cap. 1. Eum inquit, ſemper orare & non deficere dicendum eſt, qui canonicis orationibus quotidie iuxtà ritum Eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs precibuſque conſuetis dominum laudare & rogare non deſiſtit.

*P*etrus aſcendit in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam Actor. 10.

Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. *Actor. 3.*

Daniel aperiebat feneſtras, flectebat genua ſua & adorabat tribus temporibus contra Hieruſalem. Dan. 6.

Septies in die laudem Deo dicebat Dauid. *P*ſal. 118.

Simili

Simili modo etiam Eccleſia per miniſtros ſuos Deo ac redemptori noſtro cupidè gratias dicit in ſeptem horarijs precibus pro omnibus chariſmatis ac beneficijs nobis exhibitis.

In precibus matutinis commemoramus natiuitatem Chriſti, quòd integram noctem orauerit, quòd ad mōtem oliuarum ſudorem ſanguineum ſudarit, quòd in horto proditus ſit & captus. Conſideramus præterea Chriſtum media nocte venturum ad iudicium: media enim nocte clamor factus eſt, eccè ſponſus venit &c. Math. 25. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, inquit Dauid Pſal. 118. Memor fui nocte nominis tui. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta & benedicite Dominum Pſal. 133. Media nocte Paulus & Sylas adorantes laudabant Deum. Actor. 16.

In matutinis ſeruantur, primus, ſecundus, & tertius nocturnus, & laudes etc.

In horis matutinis orandus eſt Deus, vt liberet nos à caligine peccatorum, & præſtet nobis, vt in die ambulemus, ne pudefiamus in aduentu ſuo.

Ambroſius inquit, lupos & feras beſtias noctu graſſari, eoque feruentiores nos eſſe debere noctu in orationibus. In Pſal. Hora prima Chriſtus ad Pilatum deductus eſt, & à falſis teſtibus accuſatus atque illuſus: nos orabimus Deum, vt ſine querela in extremo vitæ noſtræ termino atque in die nouiſsimo, coram ipſo producamur.

Hora tertia Chriſtus eſt flagellatus, & corona ſpinea coronatus, crucem ad Caluarię mon-

tem

tem baiulauit: rogabimus Deum, vt crucē noſtram ferentes, Dominum noſtrū in omni patientia ſubſequi valeamus.

Hora ſexta, Chriſtus inter duos latrones eſt crucifixus, & aceto ac felle potatus: precabimur Deum, vt nos ſuæ gratiæ ac miſericordiæ brachijs dignetur amplecti, dignetur etiam ſacro ſanguine nos mundare & lauare ab omnibus peccatis noſtris.

Hora nona Chriſtus verus Deus & homo in ſancta cruce, cum clamore & lachrymis expirauit, latus eius lancea adapertum eſt, obſecrabimus Deum, vt noſtri miſereatur, quando anima noſtra ex corporis domicilio emigrabit. Ad veſperam corpus Chriſti de cruce depoſitum eſt per Nicodemū & Ioſeph: deprecabimur Deū, vt nos ab huius mundi cruce liberet, & portemur ab angelis in quietem beatorum. *Heb. 5.* *Luc. 16.*

Hora completorii, corpus Domini myrrha & aloē conditū, ſepulturæ datum eſt: orabimus Deum, vt huic mundo & eius concupiſcentijs mortui & cum Chriſto conſepulti, ſoli Deo viuamus. *Col. 3.*

Cyprianus in ſermone de oratione dominica ſub finem refert de ſeptē horarijs precibus. Hieronymus ad Demetriaden de virginitate ſeruanda, meminit quoque horarum canonicarum. Præter pſalmorum, inquit, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, ſextà, nona, ad veſperam, media nocte, & manè ſemper eſt exercendum, ſtatue, quot horis ſanctam ſcripturā ediſcere debeas &c. Dicit præterea libr. 3. ſuper epiſtolam ad Epheſios ſuper hæc verba, cantā-

de ſeptem orandi temporibus.

Chryſoſtomus Homilia 56. loquitur de Matutinis, Tertia, Sexta, nona & veſperis.

Concilium Agathenſe mandat, vt presbyter mane matutinali officio expleto: penſum ſeruitutis ſuæ canendo primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamque perſoluat &c. diſtinc. 91. cap. presbyter.

Poteſt in figura factū eſſe, quod Aaron tollebat de ſanguine vituli, & aſpergebat digito ſepties contra propitiatorium ad orientem, Leuit. 16. Ardent & ſeptem candelabra coram agno, Apoc. 1. Eiuſmodi chriſtianæ laudes fiūt ad honorem Dei, ex quibus etiam fideles ædificari, & ad deuotionem excitari queunt. Auguſtinus canticis eccleſiaſticis ad largiter flendum commouebatur. Chriſtus hymnum, id eſt, laudis canticum dixit poſt cœnam. Et hymno dicto &c. inquit Euangeliſta. Voce magna clamauit in exuſcitādo Lazaro, Ioan. 11. Lachrymatus eſt in cruce, Heb. 5. *Aug. libr. 9. Confeſſ. ca. 6*

Legimus in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 6. cap. 8. Arrianos cantando plurimùm derogaſſe Eccleſiæ, in augendis diſſeminandiſque erroribus ſuis. Nam in odis, ſeu hymnis & antiphonis ſuis immiſcebāt (vbi ſunt qui tria vnā dicūt eſſe potētiā) aduerſus illud Chryſoſtomus hymnos ordinauit, inſeruitq; illis ὁμόουσιον. Et quia catholicorū cantica plus habebāt ſpiritus, complures ab erroribus ſuis ad homouſianos allicebātur, & cōmouebantur. Sic & hæretici quoſdā pſalmos decantant, verùm ad ſeditionem opportunos, ad omnem peruicaciā in Germanicū idioma

idioma traductos, cuiuſmodi ſunt: Allein der Glaub iſt gnugſam zum evvighen leben : All vnſer thun iſt vmb ſonſt, id eſt : Sola fides ſufficit ad vitam ęternam. Omnia opera noſtra ſunt caſſa & irrita. Illic Magiſtratus chriſtianus cum primæuæ & orthodoxæ fidei ſectatoribus impius cœtus appellatur : Papa, Antechriſtus &c. etiam contra inſtitutum, ordinationē & morem ſanctæ Eccleſiæ. Sed ſectarum cantica ſunt ἄπνοα, Spiritu carentia, animos aduerſus priſcæ & catholicæ fidei obſeruatores exacerbantia. Videamus autem antiquas pſalmodias, quæ in Eccleſia ſancta vſurpantur, in ijs comperimus & animaduertimus Spiritum ſanctum, Eccleſiæ Rectorem, quouis tempore per Eccleſiaſtica cantica affectus mirificè mouere, reficere & exhilarare, prout hymni & odæ in aduentu, natiuitate, ieiunio, ferijs Paſchæ, Pentecoſtes etc. teſtantur. Neque caret grandi myſterio quòd verba quædam multis notis ſiue modulationibus protrahuntur, veluti in Reſponſorio, Homo quidam &c. parata ſunt omnia. In, recordare &c. à nobis. In, Regina cœli &c. Ora pro nobis Deum, alleluia. Intereà multa verba intercalantur, quæ certè deuotus vici alicuius parochus, aut aliquis non indoctus æditituus intexuit. Attamen longè melius ac deuotiùs ſonabunt, ſi vſus S. Eccleſiæ obſeruetur: ſiquidem in tractatu verborum multa ſalutaria mente pertractari poſſunt.

Hanc de oratione doctrinam eò huc adduxi, quòd Ioël Propheta Sacerdotes ſui officij commoneat, quod etiam orationem complectitur,

vtque fideles ingruentibus magnis neceſsitatibus in domũ Dei couocent: ſiquidẽ iuge illud Sacrificium, caro inquã & ſanguis Chriſti horribiliter à ſectis blaſphematur. Quid autem in domo Dei faciendum eſt? Non fabulandum, non ſecularia, aut friuola commercia inibi habenda, non faſtus & pompæ oſtentandæ &c. In oratorio, inquit Auguſtinus in regula monachorum, nemo aliquid agat, niſi ad quod eſt factum, vnde & nomen accepit. In eo deuotè orandum, cum Deo colloquendum in ſpiritu & veritate, Inibi cor coram Deo effundes, eiq; collecto animo neceſsitates tuas aperies, & cõſerua pedes tuos, affectus tuos, ingreſſurus templum, non habeas diſperſos ſenſus. *Ioan. 4.*

Qui Regem aut Principem alloquitur, diligenter conſiderat quid loquatur, vt voti compos fiat. Quid hoc monſtri eſſet, cum Deo colloqui, ſenſus autẽ in hypogæo aut gazophilacio, in ſtabulo, in mercatu, aut Athenis diuagẽtur? Ad hos dicit Chriſtus Matth. 15. Populus hic labijs me honorat &c.

Quocirca fideles in templo ex corde ad Deũ clamabunt, & pater miſericordiarum ac Deus totius cõſolationis ipſos exaudiet. Dixit enim: Inuoca me in die tribulationis, eruam te &c. Quicquid petieritis patrem (inquit Chriſtus) in nomine meo, dabit vobis. Et Luc. 11. Petite & accipietis: quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis, cap. 18. Faciet vindictam electorũ ſuorum ad ſe clamantium. *Pſal. 49.* *Ioan. 16.*

Moyſes extẽſis manibus Deũ orabat, & victi ſunt hoſtes. Per orationẽ Moyſi abſtulit Deus

plagam ab Ægyptijs. Elias oraúit & cœlum dedit pluuiã, & terra dedit fructum ſuum, Iac. 5: Manaſſes orabat, & conſecutus eſt à Deo miſericordiam.

Ionas orabat in ventre cœti, & Deus liberauit eum. Daniel deprecabatur dominum in igne & lacu leonum, & Deus ipſum ex omni periculo eripuit. *Dan. vlt.*

4. Re.20. Per orationẽ addidit Deus diebus Regis Ezechiæ quindecim annos.

Luc.6. Chriſtus in oratione pernoctauit, Apoſtoli, Maria Dei mater, atque adeò vniuerſus ſanctorum chorus orârunt, probè ſcientes Deum ſpiritum ſuum daturum petentibus ſe, quodq́; potens ſit Deus omnia facere ſuperabundanter quàm petimus, Eph. 3. In omni oratione & obſecratione, inquit Paulus, Philip. 4. cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcât apud Deum: oratio enim humiliâtis ſe penetrat nubes, Eccle. 35. Reſpexit in orationem humiliũ, & non ſpreuit preces eorum, Pſal. 101.

Sacerdotes cum populo hunc in modum orabunt, ſeu ad Deum clamabũt. A. a. a. diei, quia videmus & agnoſcimus prope eſſe diem domini, quo vaſtabit vniuerſa, Eſa. 13. Propè eſt dies domini quaſi vaſtitas veniet à potente, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

Sic ex temporariis plagis & afflictionibus, horrendum Dei iudicium diſcemus pertimeſcere, vt per afflictiones admoniti iram & ſeueritatem Iudicis queamus effugere. Ex temporarijs quoque afflictionibus, de quibus loquũtur

tur ſcripturæ, certo cognoſcemus, formidabile Dei iudicium ſequuturũ eſſe. Nam idẽ ille ſpiritus qui per Prophetas vaticinatus eſt de fame, gladio, morbis, & contagijs lętiferis, feris beſtiis &c. in pœnam peccatorum eademque ſecuta ſunt, idem inquam ſpiritus ſanctus eodẽ modo per Prophetas de nouiſsimo die prædixit, quo Chriſtus venturus iudex, extremam ſententiã de viuis & mortuis pronunciabit.

Proinde in neceſsitatibus noſtris ad Deum clamabimus, vt ab æterna neceſsitate nos cuſtodiat. Atque hoc pacto afflictiones ſunt veluti pharmaca quædam ac diſciplinæ fidelium, vt norint & meminerint incipere Deũ ea diſponere ſeu præmittere quæ minatus eſt vbi Chriſtus ait Lucæ 12: Erunt ſigna in ſole, luna &c. ſubijcit: his autem fieri incipientibus, ſuſpicite & leuate capita veſtra &c. Quando nonnunquam contingit graues horribileſque tempeſtates exoriri, dicunt aliqui, pape, dies nouiſsimus adeſt, peribit orbis terrarum: nam & magnificentia Dei eſt in nubibus. *Eccl.43. Deut.33.*

Si quãdo Deus calamitates, plagas & ærumnas immitit. clamabimus ad Deum a. a. a diei, quia propè eſt dies domini, dies extrema propinquat, iuxta eſt dies illius præpotentis Dei: atque hoc pacto Deum ardentibus precibus in diebus ſalutis ſubmonebimus, ne in ira & furore ſuo nos corripiat, ne hic terribilis dies nos inopinantes comprehendat. Cùm ſubita lux de cœlo Saulum circunfulſiſſet vt in terram procideret, diem domini & potentẽ illũ agnouit, ac dixit. Quis es domine. Quid me vis facere? *Sopho.1. 1.Cor.6. Pſal.6. 1.Teſſ.5. Sopho.2.*

cere? Acto. 9. Scribe ſuper buxum (inquit Deus ad Eſaiam c. 30) & in libro diligenter exara illud, videlicet omnes tribulationes & anguſtias, afflictiones & plagas, & erit in die nouiſsimo in teſtimonium vſque in æternum.

Nunquid non coram oculis veſtris alimenta perierunt de domo Dei noſtri, lęticia & exultatio? Cōputruerunt iumēta in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipata ſunt apotheca, quoniam confuſum eſt triticū. Quid ingemuit animal, mugierūt greges armēti? Quia nō eſt paſcua eis, ſed & greges pecorū diſperierunt. Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Sed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te: quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

His verbis enumerat Propheta corporales afflictiones & plagas, quibus Deus populum ſuum propter peccata grauiter afflixit, vnde merito ad Deum clamarunt A a a diei. Nos proinde ſi in ingratitudine, perfidia, rebellione, ſuperbia, auaritia, præuaricatione diuinæ volūtatis &c. Iudæos imitati fuerimus, vtique nec nobis parcet. Ro. 11. Si naturalibus ramis &c. Lætіcia & exultatio iam nunc perierūt de domo Dei noſtri. Maiorem læticiā ſyncerus chriſtianus habere nequit, quàm in vnitate fidei, in vero & efficaci vſu Sacramentorum, atque in conſimili & conſono ſenſu & intellectu ſcripturarum. Ecce, inquit Dauid, quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Pſa. 132. Verumenimuerò ſectæ vnam hanc fidem deteſtandis erroribus inuoluerunt, ſacramenta, blaſphe-

blaſphemarunt, & ſenſum ſcripturarum falſis expoſitionibus peruerterunt.

Sacra Eccleſiæ cantica abrogarunt, altaria demoliti ſunt, pias ac deuotas picturas expunxerunt, purum Dei cultum contaminarunt & quicquid fidelium deuotioni conferebat, inhibuerunt. Faciunt ex domo Dei ſpeluncam latronum, vt animas quæ non moriũtur per falſam vagamque doctrinam interficiãt, & erroribus iam interfectas falſis conſolationibus viuificent. Ezech. 13. *Math. 21. Marci 11. Luce 19.*

Deſtruunt templa, præparãt ſuam Antichriſto habitationem, qui in deſertis templis habitabit, atque ita catholici meritò dixerint cum Propheta *Pſal.* 78. Deus venerũt gentes in hæreditatem tuã, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam.

Subiunget deinde de fame & calamitate iumentorum, quia Deus hominũ peccata vlciſcitur. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, nemo ea curauit, nõ ſtramina nec ad pabulum nec ad ſubſtratum habuerunt.

Hebræi legunt. Computruerunt grana ſub pulueribus eius, deſolati ſunt theſauri, diſsipata ſunt horrea quoniam aruit triticum. Etiam beſtiæ agri clamabunt ad te quoniam exiccati ſunt riui aquarum & ignis conſumpſit paſcua deſerti.

In his tantis ærumnis inquit Propheta: Ad te Domine pro gratia & miſericordia clamabo ne in ira tua nos derelinquas, aut extermines. Clamat etiam pro ſe ad Deum Propheta quo

ſignificat ſe quoque eiuſmodi miſeriam viſurũ oratq́ue Deum ne ſui obliuiſcatur in cruce. Videmus enim non ſolos impios, plagas & vindictam diuinam perſentiſcere, verumetiã iuſtos & ſanctos premi in publicis calamitatibus, vt probentur & purgentur. A domino corripimur inquit Apoſtolus, 1. Corint. 11. vt non cum hoc mundo damnemur. Auguſtinus contra epiſtolã Manichæi c. 1. inquit: Quicquid diuinitus antè vltimum illud iudiciũ vindicatur, ſiue per improbos ſiue per iuſtos, ſiue per neſcientes, ſiue per ſcientes, ſiue occultè ſiue palam, non ad interitum hominum ſed ad medicinã valere credendum eſt. Ait etiam. Domine hic vre, hic ſeca, vt parcas in futuro ſæculo. Publicæ & priuatę aduerſitates & cruces pijs ſunt vtiles, bonę & ſalutares: reddunt enim temporariam hanc vitam acerbã, vt ex animo clament, Domine adueniat regnum tuum. Helias in magnis anguſtijs conſtitutus clamat ad Deum. Sufficit mihi domine, tolle animam meã &c. Tobias, Expedit mihi mori magis quàm viuere. Dauid. Heu, inquit, quia incolatus meus prolongatus eſt. Et Paulus, Supra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, vt tæderet nos viuere, 2. Corin. 1. Iob ait, Tędet animam meam vitæ meæ. cap. 10.

In publicis calamitatibus etiam puniuntur iuſti.
Iudit, 8.
Aduerſitas pijs conducit.
3. Reg. 19.
Tob. 3.

Diſcimus præterea in omni neceſsitate noſtra ad Deum eſſe clamandum. Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos. Sic omnes Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres in tormentis, omnes confeſſores in aduerſitatibus ſuis ad Deum clamarunt Domine vim patior, reſponde pro me. Dauid in omnibus anxietatibus

Eſaia 38.

bus ſuis clamat ad Deum. Ad dominum cùm tribularer clamaui,& exaudiuit me *Pſa.* 119.

Ac tametſi quis habeat teſtimonium bonæ conſcientię & cruce ſeu aduerſitate aliqua circunualletur, haud impatiens eſſe debebit, ſed bona ſpe clamare ad *D*eum,qui dixit Matt. 11. Venite ad me omnes qui onerati eſtis, & ego reficiam vos. Mulier Canança clamat pro filia. Leproſi leuant vocem, Lucæ 17. cœci vociferãtur: latro in cruce clamat ad dominũ etc. & exaudiuntur.

Itidem & vos ad Deum clamate in tempore acceptabili: & exaudiet vos, 2. Cor. 6. Inuocabis,& dominus exaudiet, clamabis & dicet,ecce adſum, Eſaię 58. Accepimus ſpiritum filij Dei,in quo clamamus Abba Pater,Ro. 8.Gal.4. Non eſt oblitus clamorem pauperum. *P*ſal. 9. Miſerebitur tui ad vocem clamoris tui.Eſa.30.

Ad te clamabo.O domine(inquit Ioël)Non faciam vt homines animales, qui non clamãt, *Iob* 5. niſi cùm ventri quippiam defuerit: ſi non fuerint ſaturati & murmurabunt alioqui Deum & ſalutem ſuam obliuiſcuntur, ſed ego ad te clamo,agnoſco & fateor,quicquid facis iuſtum eſt,& rectum iudicium tuum, benedicã te omni tempore,ſemper laus tua in ore meo *P*ſa. 33. *Pſal.* 58. Beatus qui in correptione peccatum ſuum agnoſcit, & Dei gratiam ac miſericordiã implorat, & meditatur cum auxilio virtutis diuinæ vitam emendare in melius.

Finis Cap. 1.

CAPVT SECVNDVM.

Argumentum.

IN hóc & ſecundo capite principio refert Propheta horribilem plagam atque iram Dei, & miſeriam populo Iſraëlitico obuenturã à Romanis, qui per rubiginem ſignificantur.

Deinde admonet Propheta ad pœnitẽtiam, docens, quo pacto ea fieri debeat tam intrinſecus quàm extrinſecus, vt Deus placetur.

Tertio dicit de diuina conſolatione, quàm paternè & benignè ſe declaret, ergà eos qui operantur pœnitentiam, in augenda felicitate temporaria, & opprimendis hoſtibus.

Quartò narrat de conſolatione diuina & promiſsione Euãgelica, per ſpiritum ſanctum in die Pentecoſtes facta, quæque etiamnum abundè fidelibus erogatur, vſque ad nouiſsimũ diem. Item de operatione ſpiritus ſancti. 2. Tim. 3.

Quinto ſubiũgit de extremo iudicio, de pœnis malorum & retributione bonorum.

De primo membro Textus ſic habet.

Canite tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ. Quia venit dies domini, quia prope eſt dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis & turbinis: quaſi mane expanſum ſuper montes populus multus & fortis, ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis & generationis. Antè faciem eius ignis rorans & poſt eum exurens flamma:

quaſi

quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti, neque eſt, qui effugiat eum.

Hîc Propheticam audimus exclamationem præcedentibus illis longè terribiliorem ac vehementiorem. De Nabuchodonoſore dixit: Expergiſcimini & flete: de Medis & Perſis, plange quaſi virgo accincta ſacco: Et de immani tyranno Antiocho, plangite ſacerdotes: Nũc verò de horribilibus rebus loquitur Propheta. Conterret populum, vt parent ſe ad hanc tam grauem calamitatem, inquiens: Cantate tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo. Sanè arduum quid hic imminere neceſſum eſt, quòd tubis clangere imò claſsicum canere oporteat. In caſtris militaribus, ſi hoſtes propinquent, ſolent buccinatores ære ciêre viros martemque accendere campo, vt quilibet aduolet, & ad tutelam, defenſionemque ſe obarmet.

Et quando buccinæ perſonant, vnuſquiſque accurrit proclamationem audire geſtiens.

Eodem modo Prophetæ tubarum cantum vſurpant ad terrorem & metum impiorum. Eſaiæ 58. quaſi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo ſcelera eorum etc. Ierem. 4. Canite tuba in terra, leuate ſignũ in Sion, quia malum ego abduco ab Aquilone & contritionem magnam. Ezech. 7. Canite tuba, præparẽtur omnes: ira enim mea ſuper vniuerſum populum eius. Sic Paulus dicit 1. Theſſ. 4. audiendas eſſe tubas in die nouiſsimo, omnéſq; mortales reſurrecturos.

Simili modo Ioël ſontem populum excitat, vt conſiderent & aduertant, quàm horrenda

calamitas & ærumna ſit præ foribus, ac per Romanos ipſis obuentura, cui ſimilis non fuerit à principio.

De huiuſmodi tã graui anxietate & miſeria dicunt non tantũ Prophetæ, ſed & Chriſtus in Euãgelio. Daniel 7. Beſtia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dẽtes ferreos habebat magnos, comedẽs atque cõminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans, diſsimilis autem erat cæteris beſtijs. Clarius adhuc dicit cap. 9. Occiſo Chriſto ciuitatẽ & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.

Quomodo Romani populum Iudaicum afflixerint.

Lucæ 23. cùm Dominus educeretur ad crucifigendum ſequebatur multa turba populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autẽ ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros, quoniã eccè venient dies in quibus dicent; Beatæ ſteriles & vẽtres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerũt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos, & collibus, operite nos.

Et cùm quidam diceret ad Chriſtũ de Templo, quàm affabrè eſſet extructum, reſpondit dominus: venient dies vt non relinquatur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur Mat. 24. Mar. 13.

Lucæ quoque 19. cap. videns dominus ciuitatem, fleuit ſuper illam dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circũdabunt

te

te inimici tui vallo,& circundabunt te,& coanguſtabunt te vndique,& ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt & non relinquēt in te lapidem ſuper lapidem.

Huiuſmodi euentura, prænunciauit Ioël Propheta. Conturbentur,inquit,omnes habitatores(Iudaicæ)terræ, quia dies domini,afflictio & ira eius ſunt in propinquo. Tametſi quidem hæc vindicta longo tempore poſt hanc prophetiam Iudæis per Titum & Veſpaſianum obuenerit, nihiloſecius ait diem eſſe in propinquo,propter certitudinem, quaſi iam nunc ſit præ foribus. Sic Eſaias loquitur de Meſsia: *Eſaiæ* 14. Propè eſt vt veniat tempus eius, & dies non elongabuntur. Quamuis multò poſt venerit Meſsias, dicit tamen eum eſſe propè propter certitudinē, vndè Prophetę ſæpenumero tempus præteritum ponunt pro futuro, vt Eſaię 9. Puer natus eſt nobis, etc.c.53. oblatus eſt, quia ipſe voluit etc.

Vocatur etiam dies domini, quia vltio eſt domini: mea eſt vltio inquit Deut. 32. *Deut.*32. Neque eſt malum in ciuitate quod Dominus *Amos.*3. non fecerit, intelligendum eſt de malo vltionis etc. Non à fato,non ab aſtris aut caſu eiuſmodi proueniunt. Deus eſt qui aſtrorum curſus gubernat, qui vulnerat & occidit, medetur & viuificat. Ille fabricat cæcum & videntem. Ille dat cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Sed nec capillus perit de capite noſtro ſine voluntate patris noſtri qui in cœlis eſt. *Iob* 5. *Exod.*4. *Leuit.*26. *Lucæ* 21.

Appellatur quoq; huiuſmodi terribilis afflictio

ctio & plaga dies domini, vt impij diuina correptione expergiſcantur & euigilent, aperiant oculos, videant, & conſiderent iram Dei, quomodo eam malicioſa & (vt ſic dicam) impœnitenti vita commeruerint, vt per vitæ emendationem effugiant caliginem ſempiternam.

Qui ergò nunc in die domini in quo hic corripit oculos cordis ad emendationem & pœnitentiam non aperit, ſed permanet in obdurato corde, in pernicioſa temporariæ voluptatis ſe-
Lucæ 16. curitate, hic aperiet eos cum diuite Epulone in tormentis gehennæ, ſed ſinè omni conſolatione Sap. 5.

Pſal. 12. Quocirca omni tempore orabimus cum Propheta. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, vt in omni afflictione & ira tua agnoſcam, tuum eſſe diem ad meam emendationem, vtque Deus aperiat oculos cor-
Num. 22. dis mei, ſicut aperuit Baalam, qui ſvidebat Angelum Domini ſtantem in via euaginato gladio, vt ex timore filiali à malo propoſito meo deſiſtam.

Sic tempus peſtilentiæ, belli, gladij, famis etc. dies domini vocari poteſt, vt euigilemus ad pœnitentiam.

Appellat etiam propheta atrocem illam & formidabilem anguſtiā & neceſsitatem Iudaico populo à Romanis euenturam diem tenebrarum & caliginis, in quo Iudæi ſummam calamitatem viderunt ac perſenſerunt. Deſcribūt illud Ioſephus & Egeſippus. Poſt hos Auguſtinus ſermone 204. refert tricies centena millia hominū ex Iudæis Hieroſolymis ad celebran-
dum

dum Paſcha fuiſſe congregata. Ciuitas per Titum & Veſpaſianum validiſsimo exercitu biénio eſt obſeſſa. Fame & ferro vndecies centena millia ſunt conſumpta.

Præ famis vehementia arcuum neruos corroſerunt, columbarum excrementa ſalis loco vſurparunt, matres filios proprios elixarunt, aliquot millia ſunt diuendita, complura etiam millia miſerè profligata & exterminata. Quidam etiam pecuniarum cupiditate ducti aurum abſorbuerant, atque ita fugam adornabāt, quod cùm hoſtibus innoteſceret, vna nocte duo millia ferè virorum diſciſſa ſunt, diuiſiſque viſceribus aurum requiſiuerunt. *l.5.c.18.* *Egeſippus l.5.c.24.*

Quaſi mane expanſum ſuper montes, ita inquit *P*ropheta, populus multus & fortis montes & valles opplebit. Ciuitates, viros, pagos, arces diripuerunt, & potiti ciuitate Hieruſalem, ipſam vnà cum Templo ſuccenderūt. Illuſtrem illam & peramœnam prouinciam prorſus deuaſtarunt, imò terram illam promiſsionis, quæ fuit inſtar Paradiſi, vaſtam ac deſolatam reddiderunt. Hęc propter incredulitatem ac duritiem ipſorum contigerunt, quòd non cognouerint tempus viſitationis ſuæ. Lucę 19. Math. 23. Sic nobilis Græcia, quæ per Apoſtolos viua voce & epiſtolis ad ſalutem illuminata eſt penitus diſsipata iacet, quia pertinaciter ab vnitate fidei defecit.

Sic Ægyptus. Sic Babylon illa ciuitas glorioſa: Terra palæſtina etc. Turcica abominatione prorſus polluta eſt & diſsipata. *Eſaiæ 13.*

Germania, quæ olim deſerta & nemoribus conſita,

conſita, poſtquam fidem Chriſti in omni obedientia ſuſcepit, plurimum creuit & aucta eſt, vbi prius pagi vel anguſta oppidula, ibi nunc amplæ & munitę vrbes in quibus ſummæ opes, valida virorum manus & magnificentia.

Habet & Germania auri & argenti copiam, opulētas fodinas ſiue ærarias, quas ne antè quidem habuerūt, ita vt propter diuinam benedictionē meritò poſsit terra promiſsionis et nobile viridarium nuncupari. Verum ſi à Chriſtianæ fidei vnitate, quæ per ordinariam ſucceſſionem antè mille quingentos annos exorta, peruicaciter deſciſcamus, diuina Sacramenta aſpernemur, Scripturas ad carnis licentiam adulteremus & peruertamus, aut œconomiam & catholicam vniuerſi orbis Chriſtiani conſuetudinem veſanè damnemus, metuendum eſt, Deum noſtræ quoque prouincię non parſurum ſed per inimicos crucis Chriſti diſsipaturum & vaſtari permiſſurum. Quamobrem ô
Apoc. 3. Prou. 5. Germania tene quod habes vt nemo coronam tuam accipiat: Omnem palmitem in me non
Ioan. 15. manentem, inquit Chriſtus, tollet, mittetur foras & areſcet. Cogita Deum iam nunc elegiſſe ſibi quartam orbis partē videlicet Americam, vbi magna deuotione & gratitudine colligunt & ſubleuant, quod tu magno faſtidio reijcis. Eſtote prudentes & ſapientes in domino, nam
1. Pet. 4. 2. Pet. 2. iudicium factioſorum & rebellium non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.

Pergit referre Propheta potentiā & truculētiam Romanorum aduerſus Iudęos dicens.

Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum, & quaſi equites

equites ſic current. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam, ſicut fortes current, quaſi viri bellatores aſcendent murum: viri in vijs ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis. Vnuſquiſque fratrem ſuum non coartabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt: ſed & per feneſtras cadent & non demolientur. Vrbem ingredientur, in muro current, domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur.

Ex his verbis audimus, quomodò Romani velut induſtrij, ſtrenui & acres bellatores Populum Iudaicum tractarint, & coanguſtauerint. Exultauerunt ad prelium tanquam equus ferociens. Hoc deſcribit Iob cap. 39. quo pacto equus ferocior & animoſior ſit rebus terribilibus, velut pugnis, prælijs & bellis imminentibus. Spirat naribus, terram vngula fodit, exultat audacter in occurſum pergit armatis. Contemnit pauorem nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus, feruens & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem, vbi audierit buccinam, dicit Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus etc.

Sicut ſonitus flammæ ignis, deuorantis ſtipulam, ſic armis, & agmine ſuo ſtridorem & ſonitum concitabunt. Sicut fortes vndequaque armatiſsimi current, quaſi viri bellatores inſtructi ad prelium. Ad huius tam immanis ac robuſti populi aſpectum exterrebuntur Iudæi,

prorſus

prorſus expalleſcent, imò præ anguſtia ac formidine nigreſcent inſtar vaporis. Inſuper cùm ex denſiſsimo fumo, tum etiam ex diutina obſidione & vehementia famis etc. virilis eorum vigor & virtus exhauſta ſunt, emarcuerunt & inedia contabuerunt, qui antè fuerant corpulenti, ſpecioſi ac robuſti.

In vijs ſuis gradientur & non declinabunt à ſemitis, vnuſquiſque fratrem ſuum non coarctabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt. Adeò robuſtè & arctè aciem cogent, vt nemo ordines diuellere ac diſsipare valeat etc. Sequitur in textu.

A facie eius contremuit terra, moti ſunt cœli: ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplēdorem ſuum Et Dominus dedit vocem ſuam antè faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Magnus enim dies domini & terribilis valde: & quis ſuſtinebit eum?

Alijs nunc verbis deſcribit Propheta horrēdam & formidabilem miſeriā, & calamitatem populi Iudaici, ipſi euēturam à Romanis. Contremuit terra, moti ſunt cœli. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Phraſes ſunt metaphoricę ad indicādam afflictionis Iudaicæ vehementiam. Quaſi dicat Propheta. Tanta erit fames, tam cruenta ſanguinis profuſio, vapor & fumus ex incendio ac depopulatione hoſtium, vt nec ſolem nec lunā nec ſtellas videre poterint, præ anxietatis ac neceſsitatis, formidinis ac trepidationis magnitudine. Sic grauibus ęrumnis & neceſsitatibus inſtantibus, vehementi ventorum turbine, aut horren-

Pſal. 57.

horrendis tempeſtatibus excitatis, dicimus inuerſum eſſe cœlum & elementa. Eſt & prouerbium: Sol non lucet, nihil fortunæ, opis & ſolatij eſt præſto.

Simili modo Eſaias Propheta volens grandem Babyloniorum cladem ſignificare. Quoniam, inquit, ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum : obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo. cap. 13. Et cap. 24. Erubeſcet luna, & confundetur Sol. Amos 8. occidet Sol in meridie. Loquitur & Chriſtus de ſignis ante diem extremum venturis Lucæ 21. Erunt ſigna in Sole, luna & ſtellis etc. areſcentibus hominibus prę timore & expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo orbi etc.

Solet quoque Deus iram & vindictam ſuam per Solis, lunæ, elementorum & cometarum prodigia, inſinuare. Denſæ erant in Ægypto tenebræ, ad demonſtrandum obtenebratum & obduratum cor Ægyptiorum. Factę ſunt etiam tenebræ in paſsione Domini, quę itidem incredulitatem & cœcitatem Iudæorum coarguebant: inſuper & ſęuam eorũdem calamitatem, de qua illis dixerat Chriſtus Lucæ 23. & in parabola Mat. 22. Rex iratus eſt & miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Paterfamilias quoque ſanguinarios & perfidos agricolas male perdidit & vineam ſuam locauit alijs. Math. 21. Talis Iudæorum afflictio etiam toti mundo debebat innoteſcere. *Exod. 10.*

Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui, Hoc eſt talis ærumna, anxietas

& miſeria prouenit ex permiſsione & immiſſione Dei, qui ſubinde ad populi peccata punienda vtitur ſæuitia ac tyrannide impiorum, qui potentes ſint ad complenda iudicia Dei.

Competimus, Deum ſæpenumero Gentibus aduerſus filios Iſraël victoriam ac triumphum conceſsiſſe, in vltionem populi ſui. Sic frequenter permittit Deus Barbaros & non ita magnæ potentiæ Tyrannos, Chriſtianum populum bellis impetere, coanguſtare, & ſuperare, propter peccata. Aſſur appellatur virga Dei Eſaiæ 10. Ezec. 7. Sin autem egerimus pœnitētiam, offenſus Pater virgam in ignem proijciet, Tyrannos euellet ac nobis parcet.

Magnus enim dies domini & terribilis valdè, & quis ſuſtinebit eum? Humanæ irę affectus in Deo non ſunt: dicitur autem Deus iraſci, quando plagis & afflictionibus velut iratum ſe oſtendit.

Quādo Deus iraſcitur eueniunt plagę.

Quando igitur Deus offenſus & commotus, vlciſcitur & affligit mortales, ô quàm illud terribile eſt hominibus? Paulus dicit Hebr. 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viui. Temporibus Noë iratus erat Deus vniuerſæ terræ, quam in ira & furore ſuo deleuit vſque ad homines octo.

Geneſ. 7.

Sodomam & Gomorrham igne ſubuertit, quia iratus erat in eos vehementer. Gen. 17.

Iratus erat Deus, & mori permiſit in deſerto circiter ſexcenta millia de populo ſuo, excepto Ioſue & Caleph. Miſit & ſerpentes ignitos in populum, ad quorum plagas moriebantur plurimi, quia Deus erat offenſus. Num. 21.

Deut. 1.

Addidit

Addidit furor Domini iraſci contra Iſraël, commouitque Dauid, vt ex ſuperbia populum numeraret 2.Reg.24. Et mortui ſunt triduo ſeptuaginta millia virorum. Occidebãtur vno die circiter triginta tria hominum millia, quod Deus iratus permittebat eo quòd aureum vitulum adoraſſent *Exod.*32. Quando Deus peccatis noſtris offenditur, immittit gladium, famem, peſtilentiam & beſtias malas. Ezech.*14*. Fundamenta montium concutiuntur & conquaſſantur ab ira Domini 2.Reg.22. Defecimus in ira tua, inquit *Propheta*, & in furóre tuo turbati ſumus. Num.21.

Proinde cum Dauide ad Deum clamabimus. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Pſal.*6*. Si enim iniquitates obſeruaueris, domine, quis ſuſtinebit? Quis iram *D*ei ſufferre valebit vt non collabatur? *P*ſal.129. Sed omnium ſæuiſsimum furorem & iram Chriſtus Iudex in die nouiſsimo in obduratos & incredulos exercebit, quando dicturus eſt. *D*iſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Væ homini illi, qui in hanc *D*ei irã inciderit, bonũ eſſet ei ſi natus nõ fuiſſet, quemadmodũ Chriſtus refert de proditore Iuda Math.*26*.

Nunc audiamus, quam Propheta Ioël doctrinam & conſolationem populo *D*ei proponat, ergà quem *D*eus tam vehemẽter offenſus, quomodo eos ad pœnitentiam & vitæ emendationem tam grauiter & ſeriò exhortetur.

Audite, ô Chriſtiani, Deum ac dominum veſtrum per prophetam (Ezech. 18.) loquentem ad veſtram correctionem & ſalutem, quia

non vult mortem peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat: Lucæ 8. Audite dum audiendi vobis eſt facultas, dum aures audiendi habetis, audite puram, ſanctam, ſanam, Euangelicam, Apoſtolicam, noui teſtamẽti nouam Chriſtianamque doctrinam, omnis enim qui audierit & ſeruauerit, mortem non videbit in ęternum Ioan. 8. Audite verbum domini omnes quotquot Deũ diligitis & ſalutem deſideratis. Egemus & nos doctrina, inſtructione & conſolatione, nam & partim perſentiſcimus graues ærumnas & calamitates propter peccata noſtra cum Iudæis. Inſtant immanes ac truculenti hoſtes, vaſtationes, perditioneſque prouinciarum ac populorum conſpeximus. Purus Dei cultus eſt inhibitus. Miſſa ſeu Liturgia eſt velut abominatio blaſphemata, Catholicus diuinorum Sacramentorũ vſus, Baptiſmus in aqua conſecrata, cum vnctione Chriſmatis, Confirmatio, pœnitentia, confeſsio coram Sacerdote, Sacrificium altaris, extrema vnctio etc. ſunt abrogata. Omnis Chriſtiana politia eſt peruerſa. Neque vllum hominum genus magis habetur ingloriũ, maioribus contumelijs & proſcriptionibus eſt obnoxium, quàm illi, qui vnicam & catholicam fidem profitentur.

Purum Dei verbum iuxtà genuinum ſenſum & intellectum prædicari prohibetur Ioan. 10. Fideles ſacramentorum diſpenſatores & Paſtores qui per oſtium legitimè intrarũt in ouile, non audent Chriſti ouiculas ſyncera doctrina inſtruere nec paſcere: Profligantur, vt iam oues palantes hàc illàc oberrent, tanquam

quam non habentes paſtorem. Math. 9. Paruuli petunt panem, & non eſt qui frangat illis Thren. 4. O verè magnam famem audiendi purum Dei verbum, quam Deus propter peccata noſtra minatur Amos 8. Quin ex deficientia ſeminis verbi Dei, quaſi Sodoma & Gomorrha creſcemus in omni iniuſticia, temeritate, peruicacia, inobediẽtia & malicia ad ſæuam virgam & vindictam Dei. Eſaiæ 1.

Ac tametſi hæretici verbum Dei crepent ac iactitent, ſunt tamẽ illi ipſi, à quibus vt caueamus seriò monet ſcriptura. In nouiſsimis temporibus multi ſpeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos, multi quoque diſcedent à fide, attendentes ſpiritibus erroris. Ab his cauendum denunciat Eſaias cap. 30. Populé meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Lactãt te ſuaui & falſa doctrina, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium Rom. 16. Tendunt laqueos impietatis, trahunt iniquitatem in funiculis, latam faciũt viam, permittunt omnem petulantiam, dicunt his qui Deum blaſphemant. Pax erit vobis: vanus eſt qui ſeruit Deo: conſumunt puluillos ſub cubitis impiorum Ezech. 13. Liniũt parietem aſque temperatura. Viuificant animas propter pugillum hordei, titillãt aures 2. Tim. 4. Dicunt cum Sathana: nequaquam moriemini, agitè, peccate audacter, vbi enim multa peccata, magna miſeratio. Molli feruntur vento, non aſperè mordent, velut cicures luporum catuli; ſermones eorum molles, blandi & lenes, vt vulpes paruulæ: baubant planè amanter, canunt

Math. 14. *1. Tim. 4.* *Sectarũ dogmata dulcia.* *Prou. 1.* *Hier. 5.* *Eſaia 5.* *Hier. 23.* *Malac. 5.* *Ezec. 13.* *Geneſ. 3.* *Eccle. 5.* *Prou. 2.* *Cant. 2.* *Prou. 5.*

canunt erroneâ doctrinâ prorſus dulciter, ſicut rubæculæ molliti ſunt ſermones eorum ſuper oleum. Non auditur ab illis. Niſi pœnitentiam egeritis, peribitis Lucæ 13. Tollite iugũ meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde *Matth.* 11. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me, Lucæ 9. diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos etc. Math. 5. Reddet vnicuique ſecundum opera ſua Mat. 16. etc.

Pſal. 54. *Rom.* 2.

Non dicunt ſuperbo. Niſi conuerſus fueris & efficiaris ſicut paruulus, non intrabis in regnum cœlorum Math. 18.

Auarus aut fœnerator non audit ab illis: Mutuum date nihil inde ſperantes. Imitare Zachæum ſi quem defraudaueris redde, ſi vis ad vitam ingredi, Lucæ 19.

Lucæ 6.

Guloſo & potatori non dicitur: exhibe te ſicut Dei miniſtrum in ieiunijs etc. ebrioſi non habent partem in regno Dei, Gal. 5.

2. *Cor.* 6.

Traditionum eccleſiaſticarum contemptor non audit: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui Eccleſiam, hoc eſt, præpoſitos Eccleſiæ, non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, Mat. 18.

Lucæ 10.

Deſidioſis Chriſtianis non dicitur. Chriſtus reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Opera eorum ſequuntur eos, vnuſquiſque refert propria corporis prout geſsit. Inutilem ſeruum ligatis manibus & pedibus eijcite in tenebras exteriores Mat. 25. Sectarum verò doctrina eſt. Fides ſola ſaluum facit.

Math. 16. 2. *Cor.* 5. *Col.* 3.

Verum-

Verumenimuerò nos Catholici iram *Dei* haud ſolis duntaxat Sectis in culpa ponemus. Nam vbi Sectæ ab vnitate fidei deſciſcunt, ibi nos à charitate *Dei* & proximi deficimus. Admodum pauci iuxtà vocationem & ſtatum ſuum viuere ſatagunt. Eccleſiaſtici ſimul et mũdani ſcatent pompa & faſtu, auaritia, inuidia, vſuris, adulterijs, comeſſationibus, ocio, fraude & iniuſticia. Quilibet quæ ſua ſunt quærit, nullus amor, nulla in nobis fides, aſtuti & expediti ad peccandum, tardi & refractarij ad pœnitentiam: pudet honoris: pudet monachum ſui cuculli: ſacerdotem ſuæ tõſuræ: laicum, cultus diuini. *D*iligimus gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei Ioan. 12. Neque calidi neque frigidi ſumus, ſed tepidi Chriſtiani, ſerui hominum: obliuiſcimur iudicij *Dei*, peccamus in fiducia miſericordię eius, immemores iuſticiæ illius Eccleſ. 5.

Catholicorũ quoque nonnulli ſunt cauſa afflictionum.

Epheſ. 6.

Sic non rectè credunt Sectarij, ſed partim nõ rectè viuunt Catholici, eoque ſuperuenit nobis ira *Dei*, anguſtia & calamitas, cui ſimilis viſa eſt nunquam, vt nos Germani, imò nos Chriſtiani mutuò nos conficiamus, vt ludibrium fiamus omnibus exteris Nationibus. Nec tamen facit Deus ſecundum merita noſtra, expectans emendationem noſtram. Si verò flagitioſam vitam noſtram non ſequatur pœnitentia, eo maiorem Dei iram nobis theſauriſabimus Rom. 2. Nouit enim reſeruare iniquos ad diem Iudicij cruciandos 2. *Pet*. 2.

Nunc audiamus quid *Deus* à nobis requirat per prophetam, vt grauem *Dei* iram queamus

effugere.

Nunc ergo dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & in fletu & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus et miſericors eſt, patiẽs et multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen Domino Deo noſtro?

Lucæ 8. Deut. 6. Prou. 6. 7. Hanc doctrinã Dei ac Domini veſtri quam Propheta Ioël ex inſtinctu Spiritus ſancti ſcripſit, audite in bono corde, obſeruate, ligate in manu veſtra, in limite & oſtijs domus veſtræ, vt ſemper vobis ob oculos verſetur. Meditemini ſemper in lege Domini die ac nocte, vt fructũ feratis in patientia ad vitam æternam.

In his enim verbis videmus quid Deo beneplacitum ſit et acceptum. 1. Pet. 1. Habemus ex Scripturis ſpem viuã, quòd Deus pater nos in filios adoptarit, per Ieſum Chriſtum filium ſuum dilectum, per quem & ſumus hæredes Dei, cohæredes autẽ Chriſti in gloriam & ſalutẽ æternam: Rom. 8. quòd nos redemit, & per innocentem mortem ſuam nos patri ſuo reconciliauit, Rom. 5.

Si autem ingrati fuerimus, & malè flagitioſeque cum filio prodigo viuentes, Lucæ 15. diuiniſque chariſmatis ac donis abutentes, à Deo auertamur, iã veritatis agnitio, maioris pœnæ ac dãnationis fuerit occaſio, Lucæ 12.

Seruus ſciens voluntatem Domini & nõ faciens eam, plagis vapulabit multis. Et Pet. 2. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum

conuerti

conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.

Quid porrò faciendum, vt Deo reconcilie- *Sola fide non* mur? Sanè fides ſola non efficiet. Nam dicturus *placatur deus* eſt aliquando Deus illis qui fidem ſolam habuerunt. Diſcedite à me operarij iniquitatis &c. Math. 7. Paulus fidelem Corinthium tradit Sathanæ 1. Cor. 15. Vult quoq; cum fratre fornicatore, fure aut ebrioſo nos nec cibum capere, 1. Cor. 5.

Qui non diligit, manet in morte. 1. Ioannis 3. Paulus ſcribit fidelibus Galatis capite tertio. Qui talia agunt, (nimirum opera carnis) regnum Dei non poſsidebunt. Chriſtus Matthæi 15. Mar. 7. ait, Peccata hominem coinquinare: nihil autem coinquinatum intrabit in regnum Dei. Apocal. 21. Paulus inquit, 1. Corin. 13. Etſi habuero omnem fidem, charitatem autem nō habeam, nihil ſum coram Deo. Tametſi ad Deum clamemus, Domine, Domine, nihilo ſecius ille reſpondebit Matth. 7: Non omnis qui dicit mihi, domine domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei Lucæ 6. Malach. 1.

Audite ergò quid Deus loquatur per Prophetam. Nunc dicit Dominus, &c. In tempore 2. Cor, 6. gratiæ, in tempore acceptabili, in diebus ſalutis vocat Deus peccatorem, vt eius miſereatur, ſi *Matt.* 22. pœnitentiam agat. In futuro verò ſæculo impœnitentes peccatores vocabit, ſed non ad gratiam, ſed ad ſempiternam ignominiam & ſupplicium. Nunc autem eſt hora nos de ſomno *Rom.* 13. peccatorum ſurgere: hodiè igitur ſi vocem eius *Gal.* 6.

audieritis nolite obdurare corda veſtra. Et dum tempus habemus, bonum operemur, tanquam in die ſeu luce ambulantes, ne tenebræ nos cõprehendant Ioan. 9.

Quid porrò Deus in tempore gratiæ dicit ad peccatorem? Cõuertimini ad me etc. His verbis admonet nos Deus ad pœnitẽtiã. Deinde quomodò pœnitẽtiã agere debeamus. Tertio quid ad eam nos commouere debeat oſtendit.

Quemadmodum peccatum conſiſtit in auerſione à Deo, Hierem. 14. multæ ſunt auerſiones noſtrę: ſic pœnitentia peccatoris conſiſtit in conuerſione ad Deum. Nunc ergo dicit dominus, conuertimini ad me: ego enim ſum principium & cõſeruator omnis boni, imò rectum, verum, permanens, ſtabile, æternum & ſummum bonum quo ſolo deſiderium noſtrũ exatiari poteſt. *P*ſal. 16. *S*atiabor cum apparuerit gloria tua.

1. Ioan. 2. Pſal. 69. In omnibus creaturis eſt aliquis defectus, nec ſunt permanentes. Mundus tranſit & concupiſcentia eius. Vana ſalus hominum, imò vniuerſa quæ fiunt ſub Sole, (inquit Eccleſ. 1. 2.) ſunt vanitas: quocircà conuertemur ad Deum, dicentes cum propheta, Pſal. 72. Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in domino Deo ſpẽ meam. Ipſe nos creauit, conſeruat, vitæ neceſſaria tribuit, largitur intellectum, mentem, ſapientiam, ſanitatem, robur, diuitias, honorem, poteſtatem.

A Deo habemus iuſticiam, probitatem, ſanctimoniam, gratiam, miſericordiam &c. per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum Rom. 3. Iu-

ſtificamur gratis per gratiā ipſius, per redemptionem, quę eſt in Chriſto Ieſu. *D*erelinquamus igitur inordinatum amorem creaturarum, &, quod miſeros facit populos, peccatum. *P*rou. 14. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet Eccleſ. 9. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, Eſaiæ 55.

Quo autem modo ad Deum conuertemur? In toto corde veſtro, inquit Deus. Pœnitentia vt ex corde procedat neceſſum eſt. Peccatorem, vt intimè peccati pœniteat, oportet, & quoddā odium ergà commiſſa delicta concipiat. Peccatis enim & gratiæ: tenebris & luci, iræ Dei & iuſtificationi, nulla eſt ſocietas aut participatio. *Quomodo ad Deum conuerti debeamus.* *2. Cor. 6.* *Eſaiæ 59.*

Quando igitur peccatum diuidit inter *D*eū & hominē non patet homini acceſſus ad thronum gratiæ, habenti malignam & peruerſam voluntatem, ſed neceſſariū eſt, vt legitima veráque ducatur peccati pœnitudine: odit enim Deus peccatū & præuaricatorē. Si itaque Deus hominē diligere debeat, neceſſum quoque eſt eum peccatum ex corde odiſſe. *Sap. 14.*

Neq; eſt poſsibile eum nouam aggredi vitā, cui adhuc priſtina & flagitioſa vita perplacet.

Vera ad Deum conuerſio, veram à peccatis auerſionem expoſtulat. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quę operatus eſt (inquit Deus, Ezec. 18.) & cuſtodierit omnia pręcepta mea & fecerit iudiciū & iuſticiā: vita viuet & non morietur. Lauamini, mūdi eſtote (dicit Deus Eſa. 1.) auferte malū cogitationū veſtrarum

ſtrarum ab oculis meis. Sic Petrus pœnitentiã, hoc eſt commiſſorum peccatorum diſplicentiã requirit à Iudæis Act. 2. Et Ioan. Baptiſta, Luc. 3. Math. 3. agite, inquit, pœnitentiam, hoc eſt, priſtinę, malignæ & flagitioſæ vitæ ex animo vos pœniteat. Eſt hoc diuini iuris ſtatutum, vt quilibet peccator gratiam & miſericordiam Dei impetrare deſiderans, culpam & peccatum ſuũ agnoſcat & fateatur, & ex toto corde ſuorum peccatorum pœnitudinem ſentiat, & gratiam imploret. In hanc ſententiam loquitur Deus Eſaiæ 43. Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam & iudicemur ſimul, narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. Quo fit, vt baptizandi, poſtquàm interrogati fuiſt: Vis baptizari ſimul etiam rogentur. Abrenuncias Sathanæ & omnibus pompis & operibus eius? Nam ſi lumen gratię in corde tuo exoriri debebit, malæ volũtatis tenebras prius diſpelli oportebit. Si diligere vis bonum neceſſum eſt vt diſplicentiã habeas in malo. Quàm diu enim mali conſuetudo tibi adlubeſcit, tam diu gratia tibi non appropinquabit. Odientes malum, inquit Apoſtolus, adhærentes bono, Rom. 12. Amos 5.

Veruntamen ad huiuſmodi conuerſionem neceſſaria eſt præueniens Dei gratia, ſi peccator exurgere & ad Deum conuerti debeat. Non eſt volentis &c. Dicit hoc Paulus, ne quis putet motum voluntatis hominis, tanquam meritũ præcedere Dei miſerentis gratiam. Hác tamen gratiam Deus omnibus paratus eſt elargiri.

Zach. 10. *S*tat ante oſtium & pulſat. Apoc. 3. Vult nos ſub alis gratiæ ſuæ congregare Math. 23. Noſtrum autem eſt, præuenienti gratię aperire & locum dare, ac dicere: Conuerte nos domine per gratiam tuam, & conuertemur gratiæ tuæ diuinæ præbentes aſſenſum Thren. 5. Poſteaquam conuertiſti me (inquit Ieremias cap. 31.) egi pœnitentiam. Communicata nobis præueniente gratia clamat ad nos Deus: Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Zach. 1.

Peccatorum duo ſunt genera.

Porrò quia vera hęc ſalutaris ac neceſſaria eſt ars, diſcere conuerti ad Deum, vt peccator gratiam, peccatorum veniam, ac vitę ęternę repromiſsionem conſequatur, aduertendum eſt magnam inter peccatores eſſe differentiam. Sunt peccatores, qui necdum per Baptiſmum ſeu regenerationis lauacrum, participes facti ſunt paſsionis Chriſti. Sunt & alij peccatores, qui in Baptiſmo à peccatis mundati & in nomine Ieſu Chriſti ſanctificati, facti ſunt templa Spiritus ſancti per lauacrum regenerationis: ſed malè impieque viuendo innocentia baptiſmi ſe ſpoliarunt.

Vtriſque his peccatoribus ſuccurri poteſt per venerabilia Sacramenta, verum nō eodem modo: prioribus enim ſubuenitur per Baptiſmum, alteris per pœnitentiam. Prioribus dicitur: Conuertimi ad dominum per confeſsionē fidei & intimam peccatorum veſtrorum agite pœnitentiam. Si credideritis & Baptiſati fueritis ſalui fietis Mar. 16.

Poſterioribus verò dicitur, quemadmodum

Petrus

Petrus dicebat ad Simonem Magum. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua& roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Actor. 8. Ad hos quoque dicitur. Conuertimini ad Deum in fletu etc. Paulus luget eos, qui non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia, quam geſſerūt. 2. Cor. 12.

Ioel. 2.

Quando igitur infidelis aliquis fuit idololatra, adulter, auarus, inuidus, ſuperbus, blaſphemus etc. in ipſius ad Deum conuerſione nihil aliud ab eo requiritur, quàm fides & confeſsio fidei in Ieſum Chriſtum, intima de commiſsis peccatis pœnitentia, & voluntas nouam iuſtāque vitam cum Dei gratia incipiendi, hic talis ad remiſsionem peccatorū baptizatur. Ab hoc non requiritur ſacramentum pœnitentiæ, non habet neceſſe coram ſacerdote peccata confiteri, nec Sacramētali abſolutione aut ſatisfactione indiget. Sic Philippus dicebat ad circunciſum, cupientem Baptizari Actor. 8. Si credis ex toto corde, licet. Huc quoque reſpiciunt verba, quæ ait Chriſtus Mar. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Sic & Ambroſius. Gratia Dei in baptiſmate non quærit gemitum aut planctum, aut opus aliquod, niſi ſolam ex corde profeſsionem etc. In epiſtolam ad Rom. cap. 11.

1. Pet. 2.

Baptizati ſi peccauerint quomodo agent pœnitentiam.

Cæterum fidelis, ſi poſt Baptiſmum peccet, cum cane reuertens ad vomitum, & cum ſue ad volutabrum luti, recidens in ſuperbiam, auaritiam, adulterium, blaſphemiam, inuidiam &c. hūc durius compellat ſcriptura, hic acriori eget

eget pœnitentia ac diſciplina. Huic nõ dicitur: qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: ſed niſi pœnitentiam egeritis peribitis. Luc. 13. Huic neceſſarium eſt pœnitentiæ Sacramentũ, vt doleat & ingemiſcat, Deo & ſacerdoti peccata ſua confiteatur, & fructus pœnitentia dignos faciat. Hos ſubijcere ſe oportet legi ſeu regulæ pœnitentiali, vt exhibeat membra ſua iuſticiæ, quemadmodum ea exhibuerunt iniuſticiæ. Roman. 6. Ad hos dicit ſcriptura, vt conuertantur ad Deũ in fletu, planctu, ieiunio etc. Hos contriſtari oportet propter peccata. 2. Cor. 7. quod adulteri facti circà Deum, & ingrati erga diuina chariſmata, hos dimittere ſe oportet ad pedes domini cum luctu & planctu etc. Atque hoc grauiter proponit baptizatis Apoſtolus, vt caueant à peccatis. Heb. 10. Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Baptizatus ſi peccauerit, per Baptiſmum Deo amplius reconciliari non poteſt. Aſperior ſiquidem eſt via & modus perueniendi ad remiſsionem peccatorum, nimirum pœnitentiæ Sacramentum.

Heb. 12.
Math. 12.
Sap. 6.

Virtus ſacrificij crucis eſt homini communicata in Baptiſmo: ſi autem hanc poſt Baptiſmum, & iniuſtè viuendo amittat, non poteſt vlterius hanc paſsionis Chriſti virtutem acquirere per Baptiſmum, ſed per Sacramẽtum pœnitentiæ.

De hoc refert Origenes in Leuiticũ Homil. 2.

Eſt

Eſt dura & laborioſa via per pœnitentiam remiſsionem peccatorum acquirere, cum lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum & ſunt ei lachrymæ panes die ac nocte. Et non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum ſuum.

Scribit & Cyprianus in epiſtola ad Nouatianum eos, qui poſt baptiſmum in peccata relabuntur, attamen per pœnitentiam reſurgunt,
Geneſ.6. per columbam ſignificari, quę ad Noë in arcam reuolauit. Illos verò, qui in peccatis pertinaciter permanent, nec reſurgunt, per coracem denotari emanentem, nec in arcam reuolantem, quemadmodum ex more faciũt omnes ſectæ, quæ ex corde obſtinato prius igne cremari malunt, quam ad Chriſtianam Eccleſiam reuertantur, aut eidem conciliari ſuſtineant: Nemo tamen vſqueadeò eſt enormis peccator, quin ſi ex animo conuertatur ad *D*eum, paratus ſit ipſum in gratiam recipere.

Porrò neceſſum eſt vt hęc ad Deum conuerſio fiat ex toto corde, alioquin omnia externa pœnitentię opera ſunt falſa, hypocritica & ad vitam æternam nihil conferentia. Quid eſt ieiunare, orare, canere, legere, ſi deſit cor? de quo *P*ſal.*6*1. ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. Et Eſaiæ *29*. Matth. *15*. Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Sic multa bona faciebant Phariſęi ſed ſine corde: ad hos dicit Chriſtus Lucæ 1*6*. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hominibus: Deus autem nouit corda veſtra, Math.*6*. 23. Vę vobis Phariſęis &c.

Deus igitur in conuerſione noſtra cor integrum

grum à nobis expoſcit. Prouerb. 23. Præbe fili mi cor tuum. Et 1. Reg. 7. Præparate corda veſtra Domino. Deutero. 4. Inuenies Dominum, ſi tamen toto corde quæſieris. Ioſue 22. 24. Seruiatis domino in omni corde. Mat. 18. Remittetis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordib⁹ veſtris. Vult ſibi Deus hominem perfecto corde ſeruire, corpore, animá & ſpiritu, quia totum hominem creauit, redemit, & integrum eum cum corpore & anima reſúſcitabit in nouiſsimo die. Summa, Deus cultum abſolutum & ex corde permanentem requirit, vt ſimplex ſit oculus tuus & in Deum directus. Sic Deus nouum teſtamẽtum ſuum, legem Spiritus & vitæ non in tabulis lapideis, membranis aut papyro, ſed per digitum Dei, Spiritum ſanctum in cordibus noſtris conſcripſit. Hier. 31.

Deus totum hominis cor expoſcit.

Phil. 4.

1. Cor. 15.

Luce 11.

Quoniam ergò vera ad Deum conuerſio eſt in corde, ea propter humani generis hoſtis omnem in hoc mouet lapidem, vt verbum fidei & vitæ tollat de corde tuo. Lucæ 8. Proinde quomodo cor tuum affectum fuerit, eodem modo & Deus tuus erit affectus.

Quàm bonus autem Iſraël *D*eus his qui recto ſunt corde? ô felices, qui verbum *D*ei in bono & optimo corde retinent, Lucæ 8. Cor verò impiorum non erat rectum cum *D*eo nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius, Pſal. 77. Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum. vnde Paulus auaritiam nominat idolorum ſeruitutem. Ephe. 5. Sathan porrò facilè contemnit externam apparentiam, ſi modò cor habeat. Transfigurat quoque ſe in angelum lucis, & intrinſecus eſt

diabolus. 2. Cor. 11. Adnititur vt pſeudapoſtoli ſui, extrinſecus veri appareant Apoſtoli; vtque pſeudoprophetę ſui veniant in veſtimẽtis ouium, ita tamen, vt intrinſecus ſint lupi rapaces. Ille huiuſmodi execrabiles artes adinuenit & primus in Paradiſo in fallenda Eua vſurpauit. Quocircà vult Deus vt ad ſe conuertamur ex toto corde. Quo autem modo ad dominum conuertuntur illi, qui ſemihomines ſunt, partim ex carne, partim ex piſce compoſiti, modò togati modò polliati: ſunt catholici dum lucri quid inde perſentiunt: atq; itidem Euangelici quando ſuaſerit vtilitas, ex eodẽ ore calidum & frigidũ efflantes, atra ſimul & cãdida aſſerere, aſẽre & negare norũt, quicquid auribus gratũ cognôrint. Extrinſecus linei, intrinſecus ſunt lanei, norũt ſe ad mores aliorũ cõponere, ſemibouesq́ue ſues, ſemiſuesq́; boues, partim Euangelici, partim papiſtici, maximè quando agitur de prębendis pro liberis comparandis.

Math. 7.

Genes. 3.

Semichriſtiani.

Hi loquuntur in corde & corde Pſal. 11. Sed væ duplici corde, & labijs ſceleſtis. Eccleſ. 2. Helias propheta admodum acriter compellat Iſraëlitas, & redarguit, quòd Deo ſimul & Baal ſeruire vellẽt, & vitulos adorarẽt: dicens: ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum etc.

3. Reg. 18.

De his etiam loquitur Ioannes Apoc. 3. Vtinam frigidus eſſes aut calidus, ſed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

Propterea clamat Deus, conuertimini ad me ex toto corde veſtro, conſideratę quid illis

euene-

euenerit, qui à me receſſerunt. Hiere 17. *Domine* omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra ſcribentur. Imò temporarias & ſempiternas pœnas incurrent, qui ſe ad *Deum* non conuerterint. *Pſal.* 7. Niſi conuerſi fueritis gladiũ ſuum vibrabit, arcũ ſuum tetendit & parauit illum. Math. 18. Niſi cõuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum,

Quid verò per cor intelligitur? animus hominis. Animus autẽ complectitur intellectum, voluntatem & memoriam.

Animo ad *Deum* conuertimur, quando per memoriam retrogredimur, expendimus, conſideramus, & perſcrutamur vitam noſtram, quemadmodum fecit Ezechi. Recogitabo omnes dies meos in amaritudine animæ meæ, Eſaiæ 38. Ex toto corde ad *Deum* conuertimur, quando per memoriam, legem *Dei* nobis ob oculos ſtatuimus, omnemque ingenij noſtri cogitatum, propoſitum, deſiderium, & opera voluntatis dirigimus iuxtà legem *Domini*, dicentes cum propheta, paratus ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. *Pſal.* 11c: Conuertimur quoque ex toto corde, quãdo fides eſt in intellectu, quo *Deum* cognoſcimus, veritati ipſius adhęremus, vtque promiſſiones ipſius in nobis adimpleantur. Et quãdo in voluntate eſt charitas per quam *Deum* ſupra omnia diligimus, ſoli illi adhæremus, noſtram quoque voluntatem eius voluntati conformamus. Itidem quando in voluntate eſt ſpes; per quã nos cõſolamur in gratia & in miſericordia,

Quid ſignificet conuerti ex corde.

ope & auxilio *Dei*. Quãdo in memoria eſt gratitudo pro acceptis beneficijs.

Ex quo diſcimus, ex toto corde ad *Deum* conuerti, nihil aliud eſſe, quàm vt intellectus tuus nullam aliam fidem, nullam doctrinam ſuſcipiat, quàm Sanctæ Eccleſię quæ veritatem habet ex doctrina Spiritus ſancti, quæq; eſt columna & fundamẽtum veritatis, 1. Timoth. 3. Cauete à Sectis, & ab omni quod vos auertit ab vnitate fidei, ab vſu Sacramentorum & à conſono ſacrarum ſcripturarum intellectu: ligate & redigite intellectum in ſeruitutem Chriſti 2. Cor. *10*. Præbete vos obſequentes Chriſtianæ Eccleſiæ filios & *Deus* conuertetur ad vos Zach. 1.

Voluntas inſuper nihil diliget, niſi bonum, vtpotè *Deum*, eius voluntatem, virtutem, charitatem, obedientiam, humilitatem, pœnitentiam, miſericordiam etc. Attẽdite verbum *Dei*, & diſcite ex eo voluntatem *Dei* non tantùm

Luca 10. cognoſcere, ſed & facere. *Dilige Deum* ex toto corde tuo & proximum tuum ſicut te ipſum. *Declina* à malo & fac bonum. Tunc *Deus* ad te quoque conuertetur in die nouiſsimo,

Ioan. 5. *Matt.* 25. quando dicturus eſt, Math. *25*. Venite benedicti etc. Nam procedent qui bona egerunt, in vitam æternã. Memoria nihil cogitabit, quàm quod ad ſalutem tuã deſeruiat. Nullum odio, nullum inuidia proſequére etc. nõ eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Leu. *19*.

In ſumma, hæc eſt *Dei* per Prophetam loquentis ſententia. Conuertimini ad me etc. recedite à malo, diligite, et facite iuſticiam. *Dirige*

omnes ſenſus tuos, mentem, deſiderium & voluntatem ad bona æterna. Compone totam vitam tuam ad exemplum Chriſti. Ioá. 13. 1. Pet. 2. Mat. 11. & 2. Cor. 5. Viue nō tibi ſed Deo viuenti qui te creauit, redemit, & ſaluabit.

Ecce hæc eſt vera internæ & externæ vitę norma & regula; ſic iuſticia noſtra abundaret pluſquam Scribarum & Phariſæorum. Math. 6. *Pſal. 50.*

Cor integrum, mundum, rectum & ſimplex foret erga Deum, cui vt bona, recta, & integra vita adiungatur, neceſſum eſt: nā corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Rom. 10.

Fidelis non tantùm internè ardebit, ſed & externè lucebit, quemadmodū de Ioanne Baptiſta dicitur Ioan. 5.

Erat lucerna ardens & lucens.

Et Chriſtus docet Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corá hominibus, vt videāt opera veſtra bona. Prouidentes bona inquit Paulus, non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Et, Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. *Rom. 12.*

Dicit igitur Propheta Ioël: In ieiunio, fletu & planctu etc.

Si iuſti eſtis coram Deo, per teſtimonium bonæ conſcientiæ veſtræ, per virtutem Spiritus ſancti, qui teſtimonium reddit ſpiritui veſtro, illud exterius declarate fructibus ſpiritus per ſanctam, iuſtam & bonam vitam. Bonus enim homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & bona arbor profert bonos fructus. Iuſtus erat Abraham coram Deo, quòd iuſta ac *Matt. 12.* *Luca 6.* *Gen. 22.*

ſancta vita declarauit. Sic dicit Dominus: Nūc cognoui, id eſt, cognoſcere feci vniuerſos homines obedientiam tuam etc.

Gen. 4. Iuſtus erat Abel, quòd & innocenti vita teſtatus eſt: Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis etc.

Nunc igitur breui compendio audite, quomodo ad Deum Dominum noſtrum conuerti debeatis, vt ad vos quoque in extrema vitæ periodo, & die nouiſsimo miſericorditer conuertatur.

Regula, conuertendi ad Deum. Conuertere ad Deum in intellectu tuo, vt firmiter credas, quòd Ieſus Chriſtus ſit viuus Dei filius, verus Deus & homo: crede itidem, quicquid Eccleſia ſancta tibi credendum proponit.

In voluntate tua, Diligas Chriſtum Ieſum ſupra omnia, & proximum tuum ſicut teipſum. In ſenſibus tuis, eſto ordinatus in deſiderijs, & affectu iræ, omnes ſenſus tuos dirige ſecundum rationem rectam, & carnis curam ne egeris ad prauam & illicitam concupiſcētiam. Rom. 8.

In corpore tuo, vt modeſtia & verecundia in te reluceat, nec quicquam in te conſpiciatur, quo proximus tuus queat ſcandalizari, corpus

freno

ſreno quodam conſtringe, exhibens illud hoſtiam viuentem, Roman. 12.

In bonis temporarijs, vt ea facias inſtrumenta virtutis: vtere ijs tanquam medicina. Omnes diuitias tuas, dignitatẽ, honorem, poteſtatem vſurpa ad Dei laudem, ad ſalutem Eccleſiæ, & ad ædificationem & conſolationem proximi tui, non ad ſuperbiam, auaritiam, aut voluptatem, vtere mundo tanquam non vtaris. 1. Cor. 7.

Interno cultu, ſeruias Deo in recta fide, ſpe & charitate.

In externo cultu, ſerues in omni obedientia & humilitate omnia, quæ Eccleſia Sancta tibi ſeruanda præceperit, in vſu ſacramentorum, & alijs inſtitutis: ambula dignè ſecundum ſtatum & vocationem tuam.

Ad hæc ora Deum, & pete ab eo bonam voluntatẽ, vt in bono ſtabilis permaneas & perſeueres vſque in finem.

Iubet Propheta vt conuertamur ad Deum in ieiunio. Quando cum Deo agendum eſt pro impetranda peccatorum remiſsione, & gratia adipiſcenda, haud conuenit ſaltare, commeſſari, potare, pergrecari & helluari, ſed ieiunare. Ædificat Sathan regnum ſuum tartareum, popinationibus & cupedijs, ad irã Dei & ſupplicium ſempiternum. Sed Deus eiuſque pœnitentiarij pręcones, piam vitam chriſtiana abſtinentia & ieiunio ędificant, ad Dei reconciliationem, æternam retributionem, & ſaturitatem cœleſtem.

Quamobrem autem inſtitutũ ſit ieiunium, doce- *Ieiunium ad quid vtile.*

docemur ex ſcripturis.

Principio, vt caro humilietur & frenetur, & reddatur hoſtia viuens, Rom. 12. Vt vetus Adam crucifigatur & mortificetur, & vt praua carnis ſeu affectuum concupiſcentia opprimatur, debilitetur, infirmetur & impediatur. Quamdiu enim caro cum ſuis concupiſcentijs viuit & dominatur in nobis, tam diu legi Dei verè ſubiecti non ſumus: caro enim ſeruit legi peccati. ſin autem ſecundum carnem vixerimus, moriemur. Roman. 8. Porrò veteris Adami mortificatio fit per Chriſtianum ieiunium. Prou. 16. cum defecerint ligna, extinguitur ignis.

Eccleſia canit: Qui corporali ieiunio vitia comprimis etc. Immanes & feræ beſtiæ fame domantur, manſueſcunt & morigerantur. Sic chriſtiano ieiunio & abſtinentia corpus coercetur, & ad obediendum ſpiritui inducitur. Sic Paulum feciſſe legimus. 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo.

Secundo chriſtianum obſeruamus ieiunium, vt donorum Dei capaces efficiamur, vt propitium nobis Deum reddamus, qui velit & paratus ſit in neceſsitatibus noſtris auxilium præſtare. Humilibus enim dat gratiã. Dauid Pſal. 34. ait, Humiliabam in ieiunio animam meam. Sic Apoſtoli ieiunijs & orationibus ſe præparârunt ad aduentum Spiritus ſancti. Actor. 2.

Ioſaphat contra Moabitas & Amonitas pugnaturus, ieiunio & oratione auxiliũ à Deo quærebat. 2. Par. 20. filij Iſraël graue bellum inſti-

inſtituebât aduerſus tribum Beniamin ad vindicandum horribile adulterium: ſed in primo congreſſu cadebant de filijs Iſrael viginti duo millia virorum,& in ſecũdo prælio octodecim millia. Quamobrem omnes filij Iſrael ieiunârunt & orârunt atque ita victoriam conſecuti ſunt. Iud. 20.

Simili modo faciebant Iudęi, quando Aman ex mandato regis Aſſueri mittebat literas ad vniuerſas prouincias, vt occiderent atque delerent omnes Iudæos. In hac tam præſenti neceſſitate Iudæi in omnibus prouincijs, oppidis ac locis ieiunabant & orabant, & ita gratiam inuenerunt apud Deum, qui vertebat negocium, vt omne infortunium in ſuperbum Aman redundaret. Suſpenſus eſt enim in patibulo quod iuſto Mardochæo parauerat. Heſter. 4. *Heſter* 3.

Notum eſt, quid Niniuitæ ieiunando à Deo conſecuti ſint, Ionæ 3.

Tertio, ieiunamus, vt oratio noſtra ſit efficacior ad aliquid impetrandum. Tob. 12. Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna. 1. Eſdrę 8. Ieiunauimus & rogauimus Deum noſtrum pro hoc,& euenit nobis proſperè.

Quarto, ad id confert ieiunium, vt fortiores ſimus in pugna aduerſus hoſtes. Sic ieiunabat & orabat Iudith atque ita Holophernem obtruncuncauit. Iudith. 21. 13. Sic obfirmatiores redditmur ad prauas concupiſcentias ſuperandas per ieiunium ac deuotam orationem. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem & ieiunium. Matth. 17. Marci 9. *Eſaiæ* 38.

De fletu, quem Deus per prophetam à nobis

te & plãgite propter omniuarias abominationes, nequitias & flagitia, quæ inter redemptos ſanguine committuntur, vt ſigno T hau inſigniti tuti ſitis à ſex illis viris percuſſoribus. Ezech.9.

Scindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra.

Docet propheta huiuſmodi ieiunium & plãctum ex toto corde procedere debere vt placeat Deo. Quaſi dicat, intimè & ex corde veſtrorum vos peccatorũ pœniteat, quibus Deum offendiſtis. Quãdo quid aduerſi cuipiã accidebat, ſcindebat veſtiméta ſua, quo magnitudinẽ tędij ſeu diſplicentię, & ſummũ angorẽ declarabant. Sic Ioſue cum horrendã populi ſui ſtragem cõſpiceret, ſcindebat veſtimenta ſua. Ioſue.7.

Iepte cùm filiam ſuam ſibi videret occurrere, ſcindebat veſtimenta ſua. votum enim vouerat domino, quicunque occurreret reuertẽti cum pace à filijs Ammon, eum holocauſtum offerret domino. *Iudic.11.*

Ioram rex Iſraël cum magnã in ciuitate famem videret, vt mulier proprium coxiſſet filiũ, ſcidit veſtimenta ſua. 4. Reg. 6.

Idem faciebant Paulus & Barnabas Act. 14. etc. nobis autem Iudaico more veſtiméta ſcindere non eſt neceſſum, ſed corda ſcindere gladio verbi Dei, vt peccatorum ſanies effluat, & Deus gratię ſuæ oleum infundat. In corde cõgregantur peccata. Matt. 15. Marc. 7. quæ nonnunquam ex neglecta pœnitentia indureſcunt in lapidẽ, vt ſcriptura cor lapideũ vocet, quod obturatum eſt, & per contemptum peccatorũ prorſus induratum. Eiuſmodi cor habebant

Iudæi,

Iudæi,ad quos Stephanus dicebat Acto.7. Duri ceruice & incircūciſi cordibus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis.

Sic & Hæreſiarchæ cor habent lapideum & induratum,vt agnitam etiam veritatem oppugnent.

Fideles quoque ſecundum carnem viuentes in cordibus ſuis congregatam habent ſuperbiam,inuidiam,odium,auaritiam, inobedientiam, adulterium, ſocordiam, iram, blaſphemiam &c.

Scindite corda. Scindi igitur oportet corda gladio verbi diuini. Hebr.4. Viuus eſt ſermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animę ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarū &c. De quo & Chriſtus Mat.10. Non veni mittere pacem, ſed gladium. Exponit illud Lucas cap.12.& vocat Separationem. *Prou.18.* Vult enim Chriſtus ſuos fideles ſegregari à peccatis ne veniant in peccatorum profundum ac tunc pœnitentiam ſeu conuerſionem contemnant. Nam ſi mutare poteſt Æthiops pellem ſuam &c.& vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum Hier.13. Nolite obdurare corda veſtra,inquit Dauid. Tales iram Dei ſibi theſaurizant, propter duritiā & impœnitens cor. Rom.2.

Quo autem modo fideles gladio inſtructi eſſe debeant, habemus in figura.2. Eſdræ 4. In ædificatione Hieruſalem vna manu ædificabāt, & altera gladium ferebant aduerſus hoſtes: Sic & nos ſuper fundamentum Chriſtum ædificabimus aurum, argentum, lapides precioſos 1. Cor.

Corin. 3. ſed præter hoc ad manum habebimus gladium verbi Dei, Epheſ. 6. eo te tutaberis aduerſus ſuperbiam, immundiciem, inobedientiam &c. diſſolue etiam gladio colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, Eſaiæ 58.

Sciinditur porrò illud, quod violenter diuiditur. Sic vbi dicit Propheta, ſcindite corda veſtra, ſignificatur, quòd vim nobis inferre debeamus, ad ſuperandas & expurgandas carnales & prauas voluptates. Regnum enim cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Contendite intrare per anguſtā portam: abnegate vos metipſos, tollite crucem veſtram, abdicatis carnis voluptatibus, vt deſtruatur corpus peccati: veri enim Chriſtiani crucifigunt carnem ſuam cum concupiſcentijs ſuis. *Matth. 11.* *Luce 13.* *Luce 9.* *Rom. 6.* *Gal. 5.*

Hunc gladij vſum docet & Chriſtus. Matth. 18. Si manus vel pes ſcandalizat te, abſcinde eū &c. Si amici, temporaria bona &c. remorantur te ab ingreſſu regni Dei, proijce eos à te. Melius eſt ſine amicis, pauperem intrare in regnū cœlorum quàm cum multis mundanis ſeu carnalibus amicis, & amplis diuitijs mitti in gehēnam ignis.

Latiùs nunc declarat Propheta, quamobrē ad Deum conuerti debeamus.

Conuertimini ad dominum Deum veſtrū: quià benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malicia.

O homo, inquit Paulus, an diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contēnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœniten- *Rom. 2.*

nitentiam te adducit? Quomodo autem effugiemus iram Dei, ſi neglexerimus tantam ſalutem? Heb. 2.

Monemur quoque in his verbis, vt locũ demus diuinæ commotioni. Dicit enim Conuertimini ad me. Niſi Deus hominem gratia præueniente dotaſſet, non clamaret, conuertimini ad me, eoq́ue peccator flagitioſę & impœnitẽti vitæ ſuæ nullã excuſationẽ prætendere poteſt.

De libero arbitrio. Quid eſt dicere, conuertimini, ſi non habeat homo liberum arbitrium? Deus qui creauit te ſine te, inquit Auguſtinus, non iuſtificabit te ſine te. Aperi igitur gratiæ præuenienti, quæ pulſat ante oſtium tuũ, noli tua reclamatione ſpiritum ſanctum cõtriſtare, nec deſis gratiæ Dei. Ne in vacuum accipias gratiam Dei, ſed cõuertimini ad dominũ Deũ veſtrũ, ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum, ad regẽ cœleſtem à quo per peccatũ profugiſtis, reuertimini ad pugnam, laborate ſicut fideles miniſtri Jeſu Chriſti, agite pœnitentiam, & non nocebit vobis peccatum, ſed dominus illud virtute & efficientia ſacramentorum clementer operiet.

Apoc.3. Epheſ.4. Heb. 12. 2.Cor.6. 1.Pet.2. 2.Tim.2. Ezech.18.

Quamuis autem Paulus dicat Rom. 9. Non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis, requirit tamen à nobis Deus in Scripturis, vt velimus, curramus, quæramus, pulſemus & petamus. Vis ſanus fieri? Ioan. 5. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Eſaiæ. 1. Et David: nolite, inquit, obdurare corda veſtra. Pſal. 92. Jn terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ 2. Quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis, petite & accipietis. Lucæ 11.

Lucæ 11. Hebr.3.

Vt

Vt autem corrupta noſtra voluntas mutetur, vt bonũ velle, ſeu expetere incipiam⁹ aut bonã voluntatem habeamus ad volendum, currendũ, petendum, pulſandũ etc. id demùm noſtrarum virium non eſt, ſed operis & gratiæ Dei, qua noſtrã voluntatem præuenit, & mouet ad bonũ. De hoc dicit Chriſtus Ioã. 6. Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. & Paulus Philip. 2. Deus eſt qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bona voluntate. 2. Cor. 3. Sufficiẽtia noſtra ex Deo eſt, Eſa. 26. Domine omnia opera operatus es nobis. Sic velle & currere non eſt noſtrum, ſed præuenientis gratiæ. *Velle & currere quomodo ſit noſtrum.*

Noſtrum autem eſt, diuinæ cõmotioni conſentire, atque ſic velle & currere, etiã eſt noſtrũ. ad quod exhortantur nos ſcripturæ. Paulus inquit. 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis, & 2. Tim. 4. curſum conſummaui. Pſal. 118. viam mandatorũ tuorum cucurri. Heb. 12. per patiẽtiam curramus ad propoſitũ nobis certamen.

Conuertimini igitur ad dominũ Deũ veſtrũ, quia benignus eſt & miſericors. Nõ eſt ſeuerus in peccatores, qui ex corde gratiam ipſius expetunt: eſt enim pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, lenis & benignus Pater, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra. 1. Ioan. 1. *2. Cor. 1.* *Zach. 9.* *Matt. 12.*

Dominus Deus veſter benignus eſt & miſericors, & non auertet faciã ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum. 2. Para. 30. Hanc ſuam benignitatẽ largè admodũ exibuit filio prodigo, ad conſolationẽ noſtrã. Lucæ 15. Talis benignitas

nos

nos commoueret ad pœnitentiam. Rom. 2.

Miſericors. Paternè nobis condolet, miſeret eum noſtrę miſeriæ, quòd diſpergimur ſicut o-
Epheſ.2. ues non habentes paſtorem. Matth. 9. Diues eſt in miſericordia & ſauciis nobis ac vulneratis præbet ſalutarem & efficacem Sacramentorum ſuorum medicinam. Dat filijs ſuis panem ver-
Lucæ 10. bi Dei: conſolatur nos in omni tentatione.

Math. 4. Non obliuiſcitur miſericordię ſuę in ira ſua.
2. Cor. 1. Non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezech. 18. Ex miſericordia ſua omnem nobis culpam ignoſcit, & ſaluos facit. Tit. 3. Exaudiam (dicit Deus, Exo. 22.) quia miſericors ſum. Scio, inquit Ionas ca. 4. quia tu Deus
2. Ioan. 2. clemẽs & miſericors es. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & magna eſt apud dominum miſericordia. Pſal. 129. & Pſal. 77. Deus miſericors eſt & propitius.

Patiens. Nõ eſt properus aut feſtinus ad vindictam, expectat, vt miſereatur noſtri, Trenor. 3. Suntque Dei miſericordiæ quòd non ſumus conſumpti. Patiens eſt erga nos Pſal. 85. 144. Non venit in mundum accuſare, ſed ſaluare. Ioan. 5.

Multæ miſericordię. Peccatorum noſtrorum numerus & magnitudo requirũt & egent magna miſericordia. Talẽ expoſcit Dauid in magnis patrati adulterij & homicidij peccatis, dicens: Miſerere mei Deus ſecundum magnã mi-
Pſal. 50. ſericordiam tuam. Remittit pœnitenti decem
Matth. 18. millia talenta. Hoc Eſaias 54. cap. appellat mi-
Ioan. 3. ſerationes magnas. Magna eius miſericordia
Epheſ. 5. apparet, quòd Deus filium ſuum humanam natu-

naturā aſſumere,& pro nobis in cruce mori voluerit.

Præſtabilis ſuper malicia. Non continuò punit vbi commeremur. Diu ad hominum peccata cōniuet, donec puniat, & lento gradu diuina procedit vindicta: Conniuebat ad maliciam temporibus Noë circiter centum viginti annis, donec veniret diluuiū Geneſ. 7. Mittebat Moyſen & Aaron ad Pharaonem, priuſquam in rubro mari eum ſubmergeret. Exod. 14. Moniti prius erant Sodomitæ per Loth, quàm ignis in eos ingrueret. Geneſ. 19. Iudæis fidem diu antè prædicarunt Apoſtoli, quàm immani vindicta ipſos inuaderent Titus & Veſpaſianus.

Videmus & hodie Germanos ab vnitate fidei catholicę recedere ac deteſtabiliter deficere, ſacramenta contēnere, verbū Dei falſare, in omni petulantia ac rebellione viuere aduerſus Deum & legitimā poteſtatem. Ad hanc tamē peruicaciam Deus triginta quatuor annis hucuſq; cōniuet. Tempus eſſet nos ad Chriſtianā Arcā & obedientiā reuerti antequam horribilis Dei ira nos præoccuparet, qui tandem hæreſes non ſinit inultas. Furor fit læſa ſępius patientia.

Acriter ſatis virga ſua nos quandoque corripit, necdum tamen illud ſuſtinemus animaduertere, quòd ſcilicet nec fortunæ nec ſalutis quicquā ex erronea doctrina proueniat: ruſtici illud mediocriter perſenſerunt. Viderūt Smalcaldici, & in poſtremo eoque atroci tumultu plurimi ceciderunt. Aperite quæſo oculos & conſiderate cur Deus tanto tempore vos diſſimulet. Scitis nullam eſſe penes vos fidei vnitatem,

Monet Deus per calamitates.

tatem, ſed varias ſectas, diſſonas confeſsiones, pugnantia ſtatuta, diſparem doctrinam. Integer & cordatus qui vel ſcintillam fidei habeat, animaduerteret, hanc non eſſe genuinam fidē, quę tam diſcordes, acerbos, ſeditioſos & pernicioſos fructus producit.

Eſaiæ 1. 1. Cor. 7. Eccl. 5. Suſtinete doceri, ô fideles, ſatis tumultuatū, quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere: tēpus breue eſt, ne tardetis conuerti ad Deum, & ne differatis illud de die in diem: Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te, ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui: ne dixeris peccaui & quid mihi accidit triſte? Altiſsimus enim eſt patiens redditor. Et ne dicas, Miſeratio *D*omini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Eccleſ. 5.

Hinc diſcimus vti miſericordia & longanimitate Dei ad emendationem, non ad carnis licentiam de qua Ecc. 8. Quia non profertur citò contra malos ſententia abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Illud porrò valde cōſolatorium eſt, quòd præſtabilis eſt *D*eus ſuper malicia. Vocat adhuc nos ad horam vndecimam, ſtercorat ficum adhuc anno; vt faciat fructum. Lucæ 13. Cogitat pacem, Recipit nos, Hier. 3. quando agimus pœnitentiā. Hoc eſt vere Euāgelicum oleum, quod fidelis & Prophe-

Lucæ 12. ticus diſpēſator Ioel vulnerato infundit, ne pœnitentiam agentes deſperent aut puſillanimes reddantur, prout accidit Cain, dicenti: Maior

eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear. Et Gen. 4.
Iudas Iſchariot diffidens de miſericordia Dei, laqueo ſe ſuſpendit.

Facile ſuſtinet Sathã, vt peccata tua conſideres, imò regerit in memoriã peccata & proponit in extremis, non vt pœnitentiam agas, & gratiam à benefico & clementi Seruatore tuo Ieſu Chriſto implores, ſed vt à Deo profugias, ac deſperes ad mortem æternam. Quamobrem Heb. 6. ſumite in neceſsitate anchoram ſpei in Deum viuum, qui nullum vnquam peccatorem pœnitentiam agentem derelinquit, quod videre eſt in Dauid, Petro, Magdalena, latrone in cruce etc. qui omnes nobis præbent exemplum pœnitẽtię & ſpei in dominum Deum. Clamate cum Dauid. Ne derelinquas me Deus vſque in ſenectam & ſenium. Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Pſal. 146.

Quamuis autem peccator per Prophetam Ioel admoneatur ad pœnitẽtiã, quia benignũ, miſericordem, patiẽtem, etc. Deum habeamus, docetur tamen praetereà ſalutem ſuam cum metu & tremore operari. Philip. 2.

Sequuntur verba Prophetæ.

Quis ſcit ſi conuertatur, et ignoſcat Deus & relinquat poſt ſe benedictionem.

Quaſi dicat Propheta. Hortor vos ad pœnitentiam, quoniam ſcio Deum ineffabiliter benignum eſſe & miſericordem: verùm quia diuitias ſapiẽtiæ eius, & myſteria abſconditorum Rom. 11. Sap. 9.

iudiciorum illius perueſtigare nequimus, erimus potius in timore Dei, quàm arrogãtem & temerariam ſecuritatem nobis promittamus.

Ionæ 3. Sic fecerunt Niniuitę. Crediderũt in Deum, & verbis Ionæ, ieiunauerunt & conuerſi ſunt à via ſua mala, dicentes: Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſuà malą & miſertus eſt Deus ſuper malicia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Ionæ 3.

Chriſtianus ſemper erit in puro timore. Matth. 5. Porrò vt fidelis operetur bonum, & nihilo-ſecius timeat, idipſum facit Spiritus ſanctus, qui internè docet humilitatẽ & paupertatem Spiritus, & ita in teſtimonio conſcientiæ gloriari, vt nihilominus ſemper peccatorem ſe & inutilem ſeruum agnoſcat, ne ſimilis fiat illi phariſęo qui per iactantiam & philautiã tanquã iniuſtus à Deo reiectus eſt. *Lucæ. 17.* Luc. 18. Non eſt probatus, inquit Apoſtolus qui ſeipſum cõmẽdat: ſed quem Deus commendat. 2. Cor. 10.

Eiuſmodi timorẽ habuit Paulus inquiens, 1. Cor. 4. Nihil mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum: qui autẽ iudicat me dominus eſt. Quaſi dicat Paulus, prædicandi munus pro virili exequor, nec vllius indulgentiæ mihi cõſcius ſum, attamen haud talem me vendito, qui ſine vitio ſim, & iuſtus: Deus enim, cui nihil abſconditum, fortè quid in me quod ſibi diſplicet nouit, quod ego non cognoſco. Dominus igitur meus eſt iudex qui ſcrutatur renes & cor, *Heb. 17.* qui etiam in angelis ſuis reperit prauitatem. Erat Dauid vir ſecundum cor Dei, gratus &

accep-

acceptus *D*eo, attamen orat Deum Pſal. 142. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Sic humiliarunt ſe amici *D*ei. Abraham indignum ſe agnoſcebat, qui cum Deo loqueretur. Hieremias puerum ſe nominat, neſcientem loqui. Maria *D*ei mater ancillã domini ſe appellat. Petrus orat, exi à me quia homo peccator ſum domine. *C*enturio indignum ſe æſtimat, ſub cuius tectum dominus intrare debeat. Ioannes baptiſta apud Iordanum viſo domino pertimeſcit, inquiens. Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me? Mat. 3. *Geneſ. 18.* *Hier. 1.* *Lucæ 1.* *Lucæ 5.* *Matth. 8.*

Sic timent timore filiali pij Chriſtiani etiam iuſtè & ſanctè viuentes, vt ex humilitate dicant: *D*omine dimitte nobis debita noſtra: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, mentimur. Seruus ſum in vtilis, ad nihilum redactus ſum & neſciui. *P*ſa. 72. Sępenumero etiã ſe immiſcet operibus ſanctis vana lætitia, aut triſtitia, aut pigritia, aut ſecreta quædã ſuperbia. *C*orpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam. Et ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Quocircà perfectorum vera iuſticia eſt, vt nunquã arbitrentur ſe perfectos, imò quo iuſtiores fuerint, eo humiliùs de ſe ſentientes, longè ſe à iuſticia abeſſe exiſtiment. Nã dum de eo quod habere ſe pręſumunt, inaniter ſuper ſe efferuntur, etiam hoc quod habebant, euaneſcit. *Sap. 9.* *Matt. 26.*

Magnam certitudinẽ ſalutis quis conſequitur, qui bona aliorum, & mala ſua crebrè, intuens, ſe damnare, reliquos iuſtificare ſolet.

Eiuſmodi filialis timor Deo acceptus eſt, ad quem & per Scripturas admonemur aduerſus arrogantem ſecuritatem. Prou. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Ecc. 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Heb. 12. Seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. Paulus ad eos qui inſiti erant oliuę, dicit. Qui ſtat videat ne cadat. Rom. 11. Si enim in timore domini non tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Eccl. 27.

Debemus prętereà, vt inquit Paulus, ſalutē noſtram cum metu & tremore operari. Philip. 2. Orabimuſque Deum vt notum faciat, quid deſit nobis, ſicuti orat Dauid. Pſal. 38.

Improbum hæreticorum paradoxon.

Aduerſus hæc occlamāt hæretici, hoc modo coanguſtari conſcientias. nec volunt, vt fidelis timeat ſe Deum offendiſſe: ſed omnia ſua habent in portu, vt dicere audeant: Cogitur nos ſaluos facere Deus etiam inuitus, quia promiſit, & pręſtare eum oportet, alioqui Deus non foret.

Tam improba dogmata coram ſimplici plebecula proclamitant. Quid autem fructus inde proueniat, id deplorat vniuerſa Germania. Nullus enim omnino Dei timor in ſubditis cōſpicitur: atque ita impotenter inualeſcit improbitas, omniſque peruicacia & leuitas in iuuentute ſuppullulat.

Haud ſanè in ipſorum nouo Euangelio ſcriptum cōtinetur Chriſtum dixiſſe: Timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matt. 10.*

Quod autē dicunt hæretici, Deū ipſis vitam æter-

æternam promiſiſſe, ideoque dare oportere, ſolùm vt firmiter credant Chriſtum ipſos redemiſſe, & pro ipſis ſatisfeciſſe, & ab hac fiducia eos non debere auertere nec diabolum, infernum, mortem etc. Concedo, ſi ſimul doceant Dei pręcepta ſeruare eique obedire. Dicit enim Paulus. Heb. 5. Chriſtus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. *Matt. 19.*

Iudicabimur quoque ex operibus noſtris in die nouiſsimo, & reddetur vnicuique ſecundum opera ſua. Matth. 16. Et procedent, qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ etc. Ioann. 5. *Mat. 28.*

Interrogabat Chriſtum legiſperitus. Quid faciendo vitam ęternam poſsidebo? Cui dominus, In lege quid ſcriptum eſt? reſpōdit legiſperitus. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximū tuum ſicut teipſum. Dixitque illi dominus. Rectè reſpondiſti: hoc fac & viues Lucæ 10.

Quoniam itaque hæretici ſuo intellectu non adhærent veritati quam Spiritus ſanctus Eccleſiæ ſuæ reuelat (nam quod per orbem terrarum tota confitetur Eccleſia, hoc ipſi temerant ac damnant, volūtas eorum ergà bonū eſt peruerſa: malū enim dicunt bonum, & bonū malum) quo pacto igitur diligunt Deum ex toto corde? Si autem Deum non diligunt, nec mandata eius ſeruant, vbi manet ſpes eorum, quæ certa eſt futurorum bonorum expectatio, ex gratia & meritis proueniens? Ergò ſi nulla *Eſaiæ 5.*

Gal.6. iuſticiæ opera ſeminarunt, quid metent? quandoquidem iuſti, non qui crediderunt tantùm, ſed qui ſimul cibarunt eſurientes etc. intrabũt in vitam æternam: ad quos dicturus eſt dominus. Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Math. 25.

Fides ſine charitate non cõfert ad vitã æternam.

Quinimò venient in die nouiſsimo, qui talẽ fidem habuerunt vt etiã miracula facerent, ſed quia ſanctè viuẽdo iuſticiam operati non ſunt, audient à Iudice Chriſto, Diſcedite à me operarij iniquitatis. Matth. 7. Quid poſsit fides ſine charitate docet Apoſt 1. Cor. 13. Qui non diligit, manet in morte, inquit Ioannes. Cain credebat in Deum: nihilominus erat ex diabolo, quia odio proſequebatur fratrem ſuum.

1. Ioan. 4.

Videtis nunc miſerabiles hæretici quàm doloſè ſimplices Chriſtianos ſanguine agni redẽptos, conſolemini, quàm vana & inanis ſit conſolatio veſtra. Populе meus qui beatũ te dicũt, ipſi te decipiunt, latam tibi viam facientes ad mortem ſempiternam.

Eſai. 3.

Iudæi cur in deſerto mortui.

Age dic frater, quamobrem in deſerto circiter 600000. millia mortui ſunt, & nulli virorum qui per mare rubrum tranſierunt, in terram promiſsionis peruenerunt, excepto Ioſue & Caleph? Nunquid Deus terram palęſtinam illis promiſerat? Cur ergo in eam non peruenerunt? Iudicauerit hoc nobis propheta Dauid. Pſa. 94. Quadrag. annis proximus fui generationi huic & dixi ſemper hi errant corde. Et iſti non cognouerũt vias meas vt iuraui in ira mea, Si introibũnt in requiem meam.

Quomodo autẽ ſe geſſerint Iudæi in deſerto, qua-

quapropter eos Deus puniuit, prorſus luculẽter notatur in libris Moyſi: & Paulus eorũ pœnam ad noſtrã emendationem nobis ob oculos ponit. 1. Cor. 10.

Loquitur & Deus per Prophetam Ezechielẽ cap. 20. Leuaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuã terrarum omnium. Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerunt: poſt idola enim cor eorũ gradiebatur.

Si ergo Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec nobis parcat, ſi Iudaicam abominationem, & prauã impiamque vitam fuerimus imitati. Fuere inter ipſos perfidia, ſuperbia, inobedientia, odium, commeſſationes, ebrietates, magiſtratuum contemptus, impudicitia, inobediẽtia, infidelitas, murmuratio, impatientia &c. eoque Deus eos in terram paleſtinam non deduxit, quamuis eam illis promiſiſſet. Daniel cap. 9. inquit, domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te & cuſtodientibus mandata tua. *Rom. 11.*

Sic Deus terram regni cœleſtis promiſit fidelibus, ſi iuxta voluntatem eius vixerimus, præcepta eius in omni obediẽtia & humilitate ſeruauerimus, magiſtratui & conſtitutis à Deo Præpoſitis obtemperauimus. In ſumma, ſi crediderimus & fecerimus, quod ſcriptura, & ſancta Chriſtiana Eccleſia credendum faciẽdumque proponit, tum demùm in veram & cœleſtem *Rom. 13.*

ſtem

Math.11. ſtem promiſsionis terram intrabimus, in ſempiternam requiem & refrigerium animarum noſtrarum. Sin autem malè, carnaliter, inobedienter, peruicaciter, & ſine pœnitentia viuēdo Deum offenderimus, tametſi Deus per Chriſtum ſempiternam requiem iā olim nobis promiſerit, nihiloſeciùs tamen hac Euāgelica promiſsione fruſtrabimur.

Cur aliqui chriſtianorū non ſaluētur.

Quia & Paulus ait. Gal. 5. Qui talia agūt regnum Dei non poſsidebūt. Et Ephe. 5. Hoc ſcitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

Ex his ſyncerus Chriſtianus facilè animaduerterit, quā improbè dicāt Sectarij. Deus cogitur nos ſaluos facere, quia promiſit. Quocircà rectè & benè docemus catholici, fidelem iuſtè viuere debere, & tamen præter id filialem timorem non derelinquere, ac dicere cū propheta Ioel, Quis ſcit ſi cōuertatur & ignoſcat deus, & relinquat poſt ſe benedictionem: nam arrogans & peruicax illa ſecuritas vehementer eſt homini pernicioſa. Eccleſ. 5.

Eccleſ. 1. Conſolamur nos gratia Chriſti.

De diuina miſericordia nihil penitus diffidimus, ſed oblectamus cor noſtrū in benignitate Dei & conſolamur in gratia & promiſsionibus Chriſti. Certi ſumus, quòd quicūque crediderit in Ieſum Chriſtū verū & viuū Dei filiū & Seruatorem totius mundi, quiq; Deum dilexerit, mādata eius ſeruauerit, & in bono vſque in finem perſeuerauerit, ſaluus erit. Hæc certa eſt & indubitata ſententia. Sed quis dicere poteſt:

teſt:mundum eſt cor meum? Prou.20. Si dixeri mus quia peccatum nō habemus ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt 1. Ioan. 2. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cùm nihil ſit,ipſe ſe ſeducit.Gal.6. Neſcit quoque homo vtrum odio vel amore dignus ſit. Eccle.9.

Quapropter oramus cum Daniele, c.9. Tibi domine iuſticia:nobis autē confuſio faciei.Neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras, ſed in miſerationibus tuis multis.Dicimus quoq; cū Eſa.c.64. Et nunc domine pater noſter es tu,nōs verò lutū : & fictor noſter tu: & opera manuum tuarū oēs nos. Ne iraſcaris domine ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ.Cū publican' in tēplo oraſſet deus propitius eſto mihi peccatori&iuſtificatus deſcēdiſſet in domū ſuā,putaſne ſæpius dixerit & orarit,Deus propitius eſto mihi peccatori?

Diſcite ô Chriſtiani, intimā humilitatem & cū omnia feceritis dicite, ſerui inutiles ſumus: & cauete ab hæretica & peruicaci ac temeraria arrogantia.Plantate fideliter & in filiali timore expectate à Deo incrementum. 1.Cor.1.

Præterea diſcimus ex verbis Prophetæ nos in omnibus commendare diuinę & paternæ prouidētiæ & ordinationi. Veluti quādo Deus afflictione vel cruce aliqua nos corripit, & conuertimur ad eum, petentes à Deo liberari, nec ſtatim ſuo auxilio nobis ſuccurrit,nō impatiētes erimus, ſed humili corde nos diuinę ipſius volūtati cōmēdabimus,dicētes,fiat volūtas tua Si vis potes me iuuare etc. Hinc redarguit Iudith ciues in Bethulia,quòd terminū ſeu tēpus *Matth.20.*

auxi-

auxilij Deo vellent conſtituere. Sed reſpondet Deus: An non licet mihi quod volo facere? Pater omnia dedit Chriſto in manu ſua Joan. 13. Math 28.

Matt. 10.

Ad hæc dici poteſt de verbis Ioel: Quis ſcit ſi conuertatur, &c. tametſi Prophetę ex inſtinctu Spiritus ſancti afflictiones & plagas populo denuncient, neſciunt tamen quandoque vtrum ſit Prophetia prædeſtinationis quæ ſemper impletur vel ſolum communicationis, quæ propter pœnitentiam impeditur, quemadmodum videre eſt in Niniuitis, ad quos Ionas clamat: Adhuc quadraginta dies, & Niniue peribit. Sed neſciuit Ionas pœnitentiam Niniuitarum talem denunciationem impedituram, Ionæ 3. Minatur Deus plagas & calamitates, verùm ſi homo agat pœnitentiam, parcit. Siquidem non minatur vt perdat, ſed vt peccator Deũ timeat, & per pœnitentiam ad ipſum conuertatur.

Quid autem volunt hæc Prophetæ verba, Quis ſcit ſi conuertatur Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? Si pœnitentiam agerent, ſeque ex toto corde ad deum conuerterét, deum quoq; ad ipſos ſe conuerſurum & benedicturum in domibus, in agris &c. Implebũtur areę frumento, & redundabunt torcularia vino, vnde ſacrificium & libamen offerre poſsint. Sic enim benedicetur homo, qui timet dominum Pſal. 127. Poteſt & per exemplum illud intelligi. Exodi. 12. vbi dicit Deus: Erit ſanguis (agni) vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis, & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero ter-

ram

ram Ægypti.

Indicat ibi deus, ſe velle conuerti ad ſignum ſanguinis, ipſoſque tranſire, & relinquere poſt ſe benedictionem & vitã. Sic qui domos ſuas, id eſt, conſcientias ſuas liniunt ſanguine agni Chriſti, ad hos conuertitur deus, parcit, & temporariam ſimul & ſpiritualem benedictionem tribuit: *Pietas enim ad omnia vtilis eſt, promiſsionẽ habens vitæ quę nunc eſt & futuræ.* 1. Timot. 4. Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, in Chriſto. Epheſ. 1.

Chriſtus relinquit poſt ſe benedictionem.

Dominus aſcenſurus in cœlum, eleuatis manibus ſuis benedixit diſcipulis ſuis. Lucę 24. Benedictionem ſuam nobis reliquit in annunciatione Euangelij, ex quo etiam diſcimus voluntatem Dei cognoſcere, cognitamque facere in promiſsionem æterni regni: benedictiones dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutẽ, videbitur Deus in Sion. *Pſalm.* 83. Quicunquę hanc regulam Euangelicam ſecuti fuerint, pax Dei ſuper illos. *Gal.* 6.

Reliquit etiam nobis benedictionem in Sacramentis, per quorum legitimum vſum fidelibus meritum Ieſu Chriſti communicatur ad ſalutem æternam. Larga & munifica Dei benedictio homini confertur in Baptiſmo, in confirmatione, in pœnitentia, in Euchariſtia, in ordine, in Matrimonio, in extrema vnctione: nã ſeptem hæc Sacramenta ſunt vaſa ſeu receptacula diuinorum chariſmatũ. Imò Angeli Dei, vt inquit Chryſoſtomus lib. *6.* de dignitate Sacerdotali capite quarto, circundãt illum qui dignè ſuſcipit corpus Domini.

Sata-

2.Petr.1. Satagite ô Chriſtiani, vt per bona opera certam veſtrã vocationem & electionem faciatis, negociamini ſedulò donec veniat Luc. 19. Tũc venturus iudex vobis dicturus eſt. Venite benedicti patris mei etc. Math. 25.

Ad hæc ſtabiles eſtote in vnitate rectę, verę, vnicæ, catholicæ & chriſtianæ fidei, vt præter ſpiritualem, temporariã quoque benedictionẽ habeatis. Quęrite primum regnum Dei & iuſticiã eius & hæc omnia adijcientur vobis. Matth. 6. Qui in priſca, probata & iã inde ab initio per manus tradita ac ſancta Religione conſtantes permanent in bona pace vitam traducunt, ſcrinia & horrea habent referta, populum obediẽtem, ſubditos beneuolos, conſciẽtiam trãquillã, fauorem ſublimium Magiſtratuum, proſperum actionum ſuarum ſucceſſum &c. Percunctare prouincias & ciuitates, quæ hucuſque ex gratia Dei ab hæreſibus incontaminatæ & ſynceræ permanſerunt, quid incommodi ex priſca fide, vel in corpore vel anima perſenſerint. Ecce quàm bonum & quàm iucundum eſt, inquit Dauid habitare fratres in vnum, Pſa. 132. Pater tuus comedit & bibit, & fecit iudicium & iuſticiam, & benè erat ei. Hier. 22.

Eiuſmodi benedictionem repudiant hæretici, eoque dicit Chriſtus Joan. 15. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignẽ mittent & ardet. Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda, inquit dominus. Oſeę. 5. Pertinax in fide diſcordia deuorat oẽs opes, lęticiã & pacẽ, omnẽ obediẽtiã, omnẽ charitatẽ & fidelitatẽ facit-

facitq; nos in corpore ſimul & facultatibus a-reſcere. Metuēdū ſanè ſi temeraria, peruicax & peregrina hæc doctrina perduret, ne nobilis Germania, à barbaro & exotico aliquo populo vaſta reddatur ac deſerta. Quãobrem, ô Germani, aperite oculos veſtros, & conſiderate fructus veſtri nuper adinuenti Euangelij, quas illud hucuſque miſerias, anguſtias & calamitates excitauerit, & vitam in melius componite, antequam gladius & flagellum Dei vobis ſuperueniat. Iã nunc ſecuris poſita eſt ad arboris radicem. Matth. 3.

Offerte Deo libationum ſacrificia, facite eius voluntatem, hic enim eſt cibus illius. Ioan. 4. Auertere à præfracta, pertinaci & maligna volũtate, eſto miſericors ergà pauperes, paſce eſuriẽtes &c. Matth. 25. Offer quoque Deo libamen, deplora ex animo tua peccata, fatere humiliter execrabilem tuam defectionem, vt Deus cum filio perdito te in gratiam recipiat, in domum Patris tui, in ſanctam & Chriſtianam Eccleſiã, ad vitam æternam.

Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum; congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos, & ſugentes vbera, egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſpõſa de thalamo ſuo?

Acrem ſanè & ſeriam audimus pœnitẽtiæ prædicationem, ſi homo ſit in pœna indignationis diuinæ. O Eccleſiaſtæ, excitate populum ad pœnitentiam, ne prorſus depereant ſub potenti manu Dei. Canite tuba, ſeu buccina verbi diuini. Cõterrete et excitate peccatores, vt Deũ

timeant

timeant & pœnitentiam agant.

Quando in caſtris tubarum clangor perſonat, quilibet exilit, & ad vim hoſtium propulſandā ſe obarmat. Sic & vos ô prædicatores excitate populum ad laborem, vt inſtructi ſint ad pugnam contra peccatum, diabolum, carnem, & mundum: futurum enim eſt, vt tuba audiatur ad retributionem. 1. Theſſ. 4.

Quid per Siō intelligatur. Per Sion intelligi poteſt Eccleſia, in qua verbum *D*ei purè in ſuo ſenſu & intellectu ac fideliter proclamatur ſeu prædicatur. hoc verbum non reuertitur ad dominum vacuū. Eſaiæ 55. In Sion ſunt diuina Sacramenta, cum effectu & virtute ſua. Quocircà in hoc contendite, vt in Sion in Eccleſia Sancta inueniamini, vt verbū *D*ei vobis prædicetur ad ſalutem. Nam extra hanc Sion nulla eſt ſalus, nec remiſsio peccatorum.

Quomodo ſanctificandum ſit ieiunium ſuprà audiuimus. Veri pœnitentiæ præcones loquūtur de ieiunio, de vigilijs, caſtigatione corporis, ad honorem *D*ei. Illud remuneraturus eſt Deus in corpore & animo in die nouiſsimo. Math. 6. Helluonum & ganeonum, eorumque qui contumelioſè ieiunia ſubſannāt, peruicaciam aliquando ſequetur poenitentia. Faxit Deus vt in tempore gratiæ illud agnoſcant. Viri Niniuitæ in extremo die reſurgent, & peruicaces illos ieiuniorum violatores condemnabunt: *Matt. 12.* Illi enim Regi ſuo, qui ieiunium annunciari & pręcipi curabat, paruerūt, quod & Deus reſpexit & gratū habuit. Verumenimuero maiuſne eſt Eccleſiæ præceptum, quàm Regis Niniui-

niuitarum? Dixitne Chriſtus. Mat. 18. Qui non audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus? Et Lucæ 10. Qui vos audit me audit &c.

Præterea ingruẽte afflictione, & Deo in populum irato vocãdus eſt cœtus in domum Dei, quæ à Chriſto vocatur domus orationis Lucæ 19. Vniuerſus quoque populus, ſenes & paruuli, imò & ſugentes vbera congregari debẽt: omnes enim peccauimus, & egemus gratia Dei, à minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à Propheta vſque ad ſacerdotem cũcti faciunt dolum. Inſtituendæ eſſent rogationes & lætaniæ publicæ, eſt enim impoſsibile multorũ orationes non exaudiri, & Chriſtus Matt. 18. inquit. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Ad hæc quicquid petierimus patrem in nomine Ieſu dabit nobis. Ioan. 16.

Hierem. 6.

Rogationes publicæ.

Si vnus homo, Helias, Moſes, mulier Cananæa, Matt. 15. &c. orauit, & exaudita eſt, quid nõ impetraret vniuerſa Reſpublica chriſtiana, iuuenes & ſenes, vxores & mariti, eccleſiaſtici & ciuiles? Voluit Deus intercedente Abraham Sodomitis parcere, ſi decem iuſti in ciuitate inuenirentur. Gen. 18. Anne idem parſurus erit, vbi in vna Republica non decem tantum, ſed multi ſynceri Chriſtiani, Deo accepti inueniũtur? Habet adhuc ſeptẽ millia dominus, quorum præſidio fruamur. 3. Reg. 19.

Optandum eſſet, vt hæc Ioannis verba bene

conſiderarentur ac ſeruarentur 1.Ioã.5.Hæc eſt fiducia quãm habemus ad Deũ,quia quodcũq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius audit nos. Videmus hic quid fuerint letaniæ publicæ, & quid Deo ergà peccatores irato, & ſagittas ſuas exerente ſeu vibrante fideles egerint.Quoniã verò proceſsiones, ac rogationes quas maiores noſtri ad laudem Dei cum omni deuotione & humilitate obſeruârunt, à Sectis abrogãtur, imò & ridentur:eo fit, vt continuis afflictionibus exerceamur.

Congregate,inquit Ioel, populũ non ſolùm in vna domo, verumetiam in vnitate fidei & charitatis. Congregate illi ſanctos eius,inquit Dauid Pſal.49. Nam diſcordia in fide,aut etiã fides corrupta,impedit,ne orationes noſtrę exaudiantur: nam quid profuerit, ſi vnus orat & alter maledicit? Eccl.34. Illudebat Helias Propheta octingentis quinquaginta pſeudoprophetis, inuocantibus & clamantibus ad *Baal*, dicens, Clamate voce maiore. Deus enim eſt,& forſitan loquitur,aut in diuerſorio eſt,aut in itinere,aut certè dormit,vt excitetur.3.Reg.18. Simili modo & illis qui vnicam Catholicam et Chriſtianam fidem peruicaciter deſerunt, & damnatis erroribus adhærent, illudi poteſt. Si quis ergo preces ſuas exaudiri deſiderat ad ſalutem,inueniatur in arca ſeu Eccleſia Chriſtiana.

Coadunate ſenes. His adhuc ſupereſt conſolatio, ſi iuuentutem ſuam malicioſè prodegerint,vt vel ad vndecimam horam conuertãtur, & laborent in vinea domini, et cum fidelium cœtu clámẽt ad Deum pro gratia & remiſsione pecca-

peccatorum, priuſquam infirmitate prægrauati, in ægrimonia Deum prorſus obliuiſcantur, prout fecit Rex Aſa, qui nec in infirmitate ſua quęſiuit dominum, ſed magis in medicorũ arte confiſus eſt. 2. *Paral. 16.*

Congregate paruulos & ſugentes vbera. Nõ enim parcit infantibus Deus in afflictione publica, quod videre eſt in Cataclyſmo & Sodoma &c. Tametſi quidem filius non portet iniquitatem Patris, intelligendum, nõ portare eũ pœnam ſempiternam quam pater commeruit, niſi filius patris peccatum imitetur. *Vide Augu. lib. quæſt. veteris Teſt. quæſt. 13. Ezec. 16.*

Quis porrò vſus ſugentium in Eccleſia? Nôrunt ſanè & illi rem Deo acceptã præſtare. Deflent lapſum Adę, peccatum & miſeriam inde prouenientem. Reſpexit & Deus lactentiũ fletum apud Niniuitas, vt parceret ipſis. Exaudiuit etiam Deus vocem pueri. Geneſ. 21. *Ionæ 3.*

Pertinent quoque infantes ad populũ Dei: nam ſi maſculus die octauo circuncidebatur in lege, inter populum Dei computabatur, ſic infantuli baptizati inter filios electos & hæredes Dei cenſentur: quod meritò Anabaptiſtas commoueret, vt ab execrabili errore ſuo deſiſteret. Catholicum rebaptizare, immaniſsimũ ſcelus eſt, inquit Auguſt. epiſt. 203. ad Maximinum. Quod ſcelus chriſtiani Imperatores iam olim antè mille annos ſub capitali pœna prohibuerunt C. ne ſanctum baptiſma reiteretur. Quod enim ſit Anabaptiſtarum propoſitum, qui doloſa hypocriſi populos & prouincias in anguſtias & calamitates adducunt, atteſtatur atrox & horribilis tragœdia Monaſterij *Geneſ. 17. Contra Anabaptiſtas.*

VVeſtphaliæ excitata, vbi cum Anabaptiſtis vniuerſum imperium Romanum diutino bello colluctatum eſt. Ciuitas ipſa Monaſterieſis ipſis ferijs natalicijs *D.* Ioan. anno 1535. victa & obtenta eſt, idque ſolertia potius & aſtu militari, quâm violento Marte. Tanta autem calamitas & fames graſſata eſt in ciuitate, vt anabaptiſtæ infantulos mactauerint, iugularint, ſalierint, elixarint & vorauerint. Gens profecto immanis & formidabilis, apud quam & diabolus forma viſibili conſpicitur. Hęc tam deteſtabilis ſecta inualeſcit & increbeſcit ex Eccleſiaſticorum ſimul & ciuiliū præpoſitorum ac magiſtratuum incuria: & pertimeſcēdum eſt, ne Deus talia euenire permittat, vt ipſos huius ſuę negligentiæ aliquando pœniteat. Cœcutientes Anabaptiſtę negāt infantibus illud quod Chriſtus eis gratioſè impartitur Matth. 19. Marci 10. Lucæ 18.

Adducebāt paruulos ad Chriſtum, vt imponeret illis manus. Quod cùm prohibere vellent diſcipuli, dixit ad eos dominus. Sinite paruulos ad me venire, talium enim eſt regnū cœlorum.

De baptiſmo paruulorum. Qua alia via ad Chriſtum venitur, quàm per ſolam gratiam qua Chriſto vnimur vt nos in ipſo, & ipſe in nobis maneat. Talis autem gratia in baptiſmo homini confertur, per quē Deo reconciliatur, qui per originale peccatum erat filius iræ. *Epheſ. 2.*

Qui igitur paruulis negat baptiſmum, facit contra inſtitutum Dei, cuius præceptum eſt: Sinite paruulos ad me venire, & nolite eos prohibere. *Matth. 19.*

bere. Sentit autem Chriſtus non pedibus veniendum, ſed per gratiã, ad quod manuum impoſitio paruulis antè circũciſis gratiã adauxit.

Conſideremus iã qualem ſe dominus erga paruulos præbeat: diligit eos, amplectitur, benedicit, & manus eis imponit, planeq́ue amãter annuit, vt ad ſe veniant. Ad hæc nemini Chriſtus regnum Dei elargietur niſi prius efficiatur ſicut paruulus, innocentia, humilitate, ſimplicitate, &c. Matth. 18.

Iã itaque ſi & paruulorum eſt regnum Dei, quæ hęc eſt Anabaptiſtarũ crudelitas, vt infantulis ingreſſum regni cœleſtis per Baptiſmi ſub tractionem obturent & occludant?

Aut cogêris Anabaptiſta paruulis regnũ Dei pernegare, quod tamen Chriſtus illis promittit & addicit: aut fatẽdum tibi eſt, infantes per regenerationis lauacrum ſanctificari, per quod digni efficiuntur regno cœleſti. Scimus etiam Chriſtum loqui de paruulis ſanctificatis, taliũ eſſe regnum cœlorum. Si ergo paruuli ſanctificati eſſe debebunt ad ingreſſum regni cœleſtis, qua de cauſa, ô luſcioſi Anabaptiſtę, ſubtrahitis paruulis ſanctificationis inſtrumentum? *Dicis*, Pueri ſanctificãtur per gratiam Chriſti. Rectè: Vnde autem prouenit gratia Chriſti illis qui Chriſto incorporati aut inſiti non ſunt? Quomodo ramus oleaſtri particeps erit pinguedinis oliuæ, ſi ei inſitus non ſit? *Tit.3.*

Per quid verò aliud paruuli Chriſto inſerũtur aut incorporantur, quàm per ſolum regenerationis lauacrum? quemadmodum Paulus teſtatur Rom. *6.* An ignoratis, quia quicunque *Rom. 11.*

baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?

*I*nſuper ſi Chriſtus *D*eus nullum infantibus ad ſalutem ipſorum remedium in nouo Teſtamento inſtituit, quo à peccato originali queāt exonerari, ſanè plus miſertus eſſet Deus *I*udęorum infantibus quàm Chriſtianorū. Præterea beatior eſſet & melior, imò & gratiæ ditior veteris teſtamenti conditio, quàm noui. In lege enim infantes per circuncisionem ſeruabantur, gratiam Dei adipiſcebantur, & populo *D*ei adnumerabantur. Si itaque paruuli per baptiſmū non vindicarentur ad vitam & gratiā *D*ei, efficacius eſſet & gratiarum locupletius vetus teſtamentum, quàm nouum, quod tamen ſcripturis & vniuerſæ fidei Chriſtianæ foret contrarium. *P*ropior eſt noſtra ſalus, quàm cū credidimus. Rom. 13. Lex per Moſen lata: gratia autē & veritas per Ieſum *C*hriſtum. Ioan. *1*.

Gen. 17.

Circuncisioni autē in nouo Teſtamento ſubſtitutus eſt Baptiſmus. Col. 2. Circūciſi eſtis, inquit *P*aulus, circuncisione Ieſu Chriſti, conſepulti ei in Baptiſmo &c.

Quemadmodum igitur circunciſio, fidei Sacramentum, vtilis & fructuoſa erat paruulis ad ſalutem, licet hanc infantuli per ſe eligere, aut propria & actuali fide promiſsiones diuinas apprehendere nō poterant: eodem modo paruulis vtilis, ſalutifer & fructuoſus eſt *B*aptiſmus, quem tamen propria & actuali fide nequeunt expetere.

Matth. 19. Proinde qui dixit: Sinite paruulos ad me venire: curauit quoque & deſtinauit ipſis pedes

matris

matris Eccleſiæ, quibus ad dominum venire queant:& os,quo poſsint confiteri.

Habent quoque infantes originale peccatũ, de quo Rom.5, ex aliena voluntate, & præuaricatione Adę:cur ergo miſericors dominus nõ cõcedat eos in aliena fide ſanctæ eccleſiæ baptizari,cùm gratia Chriſti efficacior,imò abundãtior ſit ad ſalutem & vitam hominum, quàm peccatum ad exitium & mortem?

Vbi abundauit delictum,inquit *P*aulus Ro. 5.ſuperabundauit gratia. Vtitur his verbis Auguſtinus contra Donatiſtas, eſtque hæc ſententia adeò potens,efficax,valida,inoppugnabilis, atque inſuperabilis,vt Anabaptiſtę aduerſus eam non valeant quicquã,nimirum : *P*eccatum Adæ damnoſum & lętiferum eſt in paruulis ad mortem citra ipſorum voluntatem:quáobrem igitur gratia Chriſti non erit efficacior & ſalubrior in pueris ad vitã, ſine ipſorum voluntate?Reſponde ad hoc Anabaptiſta. Dic agedùm eſtne peccatum efficacius gratia? Si eſſe dicis,co arguit te verbum Dei. Vbi abũdauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Si gratiam efficaciorem dicis,cur damnatur tibi paruulorum baptiſmus? Si enim peccatũ agere potuit in infantes citra ipſorũ ſcientiã & conſenſum, cur gratia Ieſu Chriſti cœleſtis Adami non erit efficax, imò ſuperabundauit in paruulis ſine eorũdem voluntate, ſcientia & conſenſu?

Solidum argumentum contra Anabaptiſtas.

Rom.5.

Dionyſius Diui *P*auli diſcipulus, libro Eccleſiaſticæ Hierarchię capite vltimo inquit:Diuini noſtri duces(id eſt Apoſtoli) probauerunt infantes quoque ad baptiſmum recipi.Irenęus

qui floruit anno Domini 150. inquit libro ſecundo contra hæreſes Valentini, cap. 39. Chriſtus venit omnes per ſemetipſum ſaluare, omnes, inquam, qui per eum renaſcuntur in Deũ, infantes & paruulos, & pueros, & iuuenes & ſeniores.

Ideo & per omnem venit ætatem & infantibus infans factus, ſanctificãs infantes, in paruulis paruulus, ſanctificans hãc ipſam habentes ætatem, ſimul & exemplum illis pietatis effectus, & iuſticiæ & ſubiectionis. Iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus fiens & ſanctificãs domino. Sic & ſenior in ſenioribus, vt ſit perfectus magiſter in omnibus etc.

Cyprianus qui vixit anno domini 260. lib. epiſtolarum 3. epiſtola 8. ad Fidum presbyterũ. Putabat hic Fidus infantes intra ſecũdum vel tertium diem quo nati ſunt conſtitutos, baptizari non oportere: huic reſpondet Cyprianus ac dicit. Si grauiſsimis delictoribus & in Deum multum antè peccantibus, cùm poſtea crediderint remiſsio peccatorum datur, & à baptiſmo atque gratia nemo prohibetur: quantò magis prohiberi non debet infans, qui recẽs natus nihil peccauit, niſi quòd ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? etc.

Auguſtinus epiſtola 105. ad Sixtũ. Pelagiani circunſtipantur & diuinarum authoritate lectionum, & antiquitus tradito & retento firmo Eccleſię ritu in baptiſmate paruulorum. Et poſt: Per ora maiorũ credere paruulos confitemur: quia ſicut eos renaſci per miniſterium

bapti-

baptizantium,ita etiam credere per corda & ora confitentium confitemur.

Item Epiſtola 28. ad Hieronymum, inquit Auguſtinus. Quiſquis dixerit quòd in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine ſacramenti eius (Baptiſmi) participatione de vita exeunt: hic profectò & contra Apoſtolicam prędicationem venit & totam condemnat Eccleſiam, vbi propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur, aliter eos in Chriſto viuificari omnino non poſſe.

Et Epiſtola 23. ad Bonifacium: fidei Sacramentum, paruulum fidelem facit.

Refert & ſermone 10. de verbis Apoſtoli: Portantur ad Eccleſiam paruuli, & ſi pedibus illuc currere non poſſunt, alienis pedibus currunt vt ſanentur: accommodat illis mater Eccleſia aliorum pedes vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur, vt quoniam quòd ægri ſunt, alio peccante prægrauantur, ſic cum hi ſani ſunt, alio pro eis confitente ſaluenter. Nemo ergò vobis ſuſurret doctrinas alienas. Hoc Eccleſia ſemper habuit, ſempèr tenuit, hoc à maiorum fide percepit, hoc vſque in finem perſeueranter cuſtodit etc. Hactenus Auguſtinus.

Præclaram habet idem Auguſtinus ſententiam lib. 10. ſuper Geneſim cap. 23. Conſuetudo matris Eccleſiæ in baptizandis paruulis, nequaquam ſpernanda eſt, nec vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda, niſi Apoſtolica eſſet traditio. Habet enim & illa ætas

parua magnum teſtimonij pondus, quæ primò pro Chriſto meruit ſanguinem fundere. Itē lib. 4. contra *D*onatiſtas c. 23: Nullus, inquit, chriſtianorum dicit infantes inaniter baptizari.

Aug. epi. 28. ad Hieron. *Apoc. 14.* Innocentes infantuli à Rege Herode interfecti, inter ſanctos Chriſti Martyres cenſentur, viuuntq; in regno *D*ei, & ſequūtur agnū quocunq; ierit. Hoc igitur ſi potuit ſanguis propter Chriſtū effuſus ſine fide paruulorū: quamobrē idē non poterit baptiſmus infantibus collatus, in et cū fide ſanctę & fidelis eccleſiæ? Idcircò dubitat, an paruuli baptizati inter filios Dei annumerētur, qui dubitat, an infātuli propter Chriſtū trucidati, inter Martyres coronentur. *B*ernardus in cantica canticorum ſermone 66. Nemo mihi dicat quia non habet fidem, cui mater impertit ſuam, inuoluens illi in Sacramento, quouſque idoneus fiat proprio non tantùm ſenſu, ſed aſſenſu euolutam puramque percipere. Nunquid breue pallium vt non poſſit ambos cooperire? Magna eſt eccleſiæ fides. Nunquid minor fide *C*ananeæ mulieris, quam conſtat & filię ſufficere potuiſſe & ſibi? ideo au-

Matth. 15. diuit: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Nunquid minor fide illorū qui *P*aralyticum per tegulas demittentes, animæ illi ſimul & corporis obtinuere ſalutē? Et paulo ſuperius. Quid enim ſi infans pro ſe loqui nō poteſt pro quo vox sāguinis fratris ſui & talis fratris ſui clamat ad Deū de terra? Aſtat & clamat nihilominus mater Eccleſia. Quid tamē infās? Nónne & ipſe videtur tibi inhiare de fontibus ſaluatoris, vociferari ad Deum, ſuiſq; vagitibus

clami-

clamitare, *D*omine vim patior, reſponde pro me? Flagitat auxilium gratię, quia vim patitur ab origine. Clamat innocentia miſeri, clamat ignorantia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergò clamant hęc omnia, ſanguis fratris, fides matris, deſtitutio miſeri & miſeria deſtituti. Ex his verbis clariùs intelligitis, quòd Propheta Ioel monet & præcipit, vt pœnitẽtiæ prædicatores, paruulos & ſugentes in domum domini tempore pœnitentiæ congregent.

Sanctificate Eccleſiam. Hic indicatur quid cum vniuerſo populo in domum *D*ei congregato tractari debeat. Debent ſanctificari: debẽt purà ſanà & ſalutari doctrinà ad pœnitentiam moneri, & commoueri, vt à praua vita, qua *D*eum offenderunt & ad pœnam irritârunt, deſiſtant, fugiant & vitent malum, & faciant bonum. Admonendus, docendus, & arguẽdus eſt populus: infirmitas peccatorum; & cauſæ afflictionum ipſis ob oculos ſtatuendæ, vt per obedientiam verbi Dei ſanctificentur & mundentur. 1. Pet. 1. *Rom.* 12.

Sic *C*hriſtus ad diſcipulos ſuos dicit Ioan. 15. Nunc mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Iob quoq; pura prędicatione ac doctrina filios ſuos omnibus Sabbathis ſanctificabat. Sanctifica eos in veritate, inquit Chriſtus in oratione ſua. Ioan. 17. *Iob.* 1.

Sic Rex Ioſias populum curabat ſanctificari, legens librum legis & præcipiens vniuerſo populo eam ſeruare. & ſic *D*eum ipſis parſurum. 2. *P*aral. 34.

Debent etiam Eccleſiaſtæ vniuerſum populum,

Epheſ.4. lum, omnes ſtatus grauiter inſtruere, vt quiſque digné ambulet iuxta vocationem ſuam.

Concionatorum eſt monere omnes ſtatus.

Monebunt eos qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt ſecundum diuinas, Imperiales, aliaſq; legitimas conſtitutiones populum regant: publicam vtilitatem & pacem promoueant, & vnicuique ſine vllo perſonæ reſpectu, ſine inuidia & inordinato amore etc. quod iuris & æquitatis eſt ſinát obtingere vt bonum promoueatur & malum impediatur.. Vt benignè & paternè ſe exhibeant exga ſubditos, & bonum illis Chriſtianæ obedientiæ & εὐλογίας ſiue politiæ exemplum præbeant.

Inſuper Eccleſiaſticos, vt iuxta verbi Dei canonem viuant, ſerio admonebunt, vt ſanctè & purè viuendo ſint lux mũdi, ſal terrę, ſacris ſtudijs diligenter incumbant, Sacramenta fideliter diſpenſent, præſint populo ſana doctrina, deuotè orando etc.

Matth.5.

Monendus quoque æquitum & Nobilium ordo, vt ſublimioribus poteſtatibus, Imperatori, Regibus, Principibus etc obediant: nobilibus & præclaris facinoribus inclareſcere, & ſtrenuis ac militaribus virtutibus præpollere ſatagent: vt in pollicitis ſint ingenui, in rebus præclarè gerendis viriles, patriam fideliter tuentur: iuſticiam foueãt: viduas & pupillos defendant: & quemadmodum Ioannes Baptiſta docet milites. Lucæ 3. neminem cõcutiant neque calumniam faciant: contenti ſint ſtipendijs ſuis.

Vulgus etiam hominum verbo diuino moneri & ſanctificari debebit, vt Deo & Eccleſiæ

eius,

eius, legitimæque poteſtati Eccleſiaſticæ & ciuili ex corde obediant. quemadmodum *P*aulus Heb. 13. & Rom. 13. grauiter docet. Vt ſint pacifici, alter alterum nec ſupergrediatur aut circunueniat.

Reddant quoque omnibus debita, timorem, honorem, tributum, vectigal etc. cui debetur. Rom. 13. Dent Deo quæ Dei, & Cæſari, quæ ſunt *C*æſaris. *1. The. 4.* *Matth. 22.* *Luce 20.*

Coniugibus dicendum fuerit, vt in timore Dei inuicem pacificè, amanter, benignè, & officiosè viuant. In eo enim *D*eo placitum eſt. Eccleſiaſt. 25. Vt liberos in timore Dei, bonis moribus, & Chriſtiana modeſtia etc. educent. *Ephes. 6.*

Serui, miniſtri etc. diſcent ex verbo *D*ei dominis ſuis fideliter ſeruire, obedire etc. Non ad oculum ſeruientes. Epheſiorum 6. Commoda ipſorum promouere, incommoda auertere etc.

Hoc modo pœnitentiæ præco populum ſanctificaret, vt quilibet in ſuo ſtatu honeſtè & ſanctè viueret. Expoſcit enim Deus ſanctitatē à ſuis fidelibus. Leuit. 19. Eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum Epheſ. 1. 5. Col. 3.

Sanctum porrò appellatur illud, quod ſtabile eſt, firmum & immobile: debētque fideles ita ſanctificari, vt fortes, ſtabiles & conſtantes permaneant in recta, vera, vnica & chriſtiana fide, quæ per ordinariam ſucceſsionem ab Apoſtolis eorumque diſcipulis ad ipſos peruenit. Ne ſint paruuli fluctuantes. Ne ſit apud illos, Eſt & nō. Sed quod audierunt à Principio, vt inquit Ioannes, in vobis permaneat, Et ſi angelus de *Quomodo homo ſanctificetur.* *Epheſ. 4.* *2. Cor. 1.* *1. Ioan. 3.*

cœlo

cœlo veniat, aliter prædicans aut docens quàm accepiſtis,ſit anathema. Galat. 1. Interrogabūt de ſemitis antiquis,quę ſit via bona, & ambulabunt in ea. Hierem. 6.

Quamobrem quotquot ex arcâ Chriſtianæ congregationis & Eccleſię peruicaciter deſciſcunt priſcam & iam indè ab initio deductam, probatam & catholicam religionem contemnunt, non ſunt ſancti quoniam ſtabiles & immobiles non ſunt. De his dicit Ioannes. Ex nobis prodierunt,ſed non erant ex nobis etc. 1. Ioannes 2.

Sanctum quoque vocatur quod mundū & purum eſt, videlicet à peccatis, qui ſynceri ſunt & ſine quærela viuunt, vt docet Apoſtolus Philipp. 2. Peccata coinquinant. Matt. 15. Marci 7. Quocirca fidelis expurgaret vetus fermentum. 1. Cor. 5. & in ſanctitate & iuſticia viueret omnibus diebus vitæ ſuæ. Lucæ 4. Elegit nos, inquit Paulus. Epheſ. 1. vt eſſemus ſancti immaculati. Et cap. 5. Fornicatio & omnis immunditia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. Præterea ſanctum dicitur, quod ſanguine ablutum eſt. Sic per Chriſti ſanguinem
1. Cor. 6. redempti, ſancti nuncupantur. abluti eſtis, ſanctificati eſtis, etc. Sanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato 1. Ioan. 1. In veteri lege ſanctum dicebatur. quod ſanguine ſacrificij aſpergebatur. Leuit. 16. Numer. 19. Sic Aaron, filij &
Exod. 29. veſtimenta eius ſancta vocabantur, quòd ſanguine arietis aſperſa erant: item extremum auriculæ dexteræ, pollices manus eorum & pedis eorum dexteri &c.

Vnguntur & fideles ſanguine Chriſti in legitimo diuinorum Sacramentorum vſu ad ſanctificationem, vtpotè in baptiſmo, confirmatione, pœnitentia, Euchariſtia, etc. Omnis igitur qui habet ſpem in illo, inquit Ioan. 1. Ioan. 3. ſanctificet ſe: hæc enim eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra 1. Tim. 4. Pacem ſequimini cũ omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Heb. 12.

Loquitur etiam Propheta de ſanctificatione Eccleſię, congregationis fidelium: nam extra Chriſtianam Arcam nulla eſt ſanctificatio. Nec poteſt quis ſanctificari, eſtq; nec fides, nec pœnitentia, nec iuſticia, nec meritum extra Eccleſiam.

Quid ſit Eccleſia.

Quilibet igitur in hoc incumbat, vt in ſancta & Chriſtiana Eccleſia inueniatur, quæ eſt hominum in fide, conformi doctrina, & legitimo Sacramentorum vſu congregatio, iuxta catholicam & Apoſtolicam traditionem, quæ iã inde ab Apoſtolis per ordinariã ſucceſsionem ad nos peruenit.

Matth. 24.

Apud Sectas nulla eſt fidei vnitas, ſed diſſonæ & pugnantes de varijs erroribus opiniones. Clamat illa, hic eſt Chriſtus: altera, hic eſt Chriſtus: tertia hic eſt Chriſtus. Alij ſe nuncupant Euangelicos: alij Lutheranos: alij Zuinglianos: alij Oſiandrinos: alij Sacerianos, alij Flaccianos: alij Svvenclfeldianos: alij Brentianos: alij Sneppianos: alij Anabaptiſtas etc. Alij planè ſunt erroribus immerſi, vt neſciant quid credant, imò nihil credant, neque retributionem, neq; pœnam poſt hãc vitam, ſunt prorſus

Sectæ diſcordes ſunt in fide.

ſus Epicurei, imò pluſquam Ethnici.

Hodie politiam Eccleſiaſticam ſeu fidei confeſsionem condunt hæretici, quæ pro certa & pura debeat obſeruari: cras aliam confeſsionē cudunt, nec quicquam concors & conſentiens eſt penes ipſos, quàm vt multimodis erroribus, vnicam & chriſtianam fidem proſcribant, perſequantur, ac damnent, velut Sampſonicæ vulpes, quarum vna hac alia illac igne diſcurrebāt, omnes autem ſegetum diſsipationem moliebantur: In Eccleſia Catholica vna eſt fides, & conſentiens fidei confeſsio ſeu regula per vniuerſum orbem Chriſtianum.

Iudic. 15.

Sectarum dogmata diſcrepantia.

Quantopere diſcrepent ac diſcordent in dogmatis hęretici, nouit vniuerſus orbis. Quod hodie aiunt, cras negant. Et ne miſera plebecula craſſam ipſorum diſcordiam animaduertat, néve perperam quid & inconſideratè effutiant, ſeptimo quoque die Sectarum plantatores conueniunt, deliberātes, quo pacto ſermones ſuos velint inſtituere, ne vnus Sanctos in cœlis degere, alius dormire eos pronunciet: aut vnus verè Chriſtum eſſe in Sacramento: alius dicat ſolum eſſe ſignum.

In Eccleſia catholica vna eſt fides, doctrina, cōformis ſenſus, intellectus & explicatio Scripturarum, per vniuerſum mundum. in Aphrica, Europa, Aſia, in America, in omnibus prouincijs Catholicis, in Italia, Hiſpania, Anglia, Gallia, Germania, etc. Quin & Sancti Patres in fidei doctrina planè conformiter ſcripſerunt, ex vno Spiritu docuerunt. Deus enim eſt Deus vnitatis & concordiæ. Quomodo hæretici Sacra-

cramenta vſurpent, nemini occultum eſt. Hi vnum eſſe dicunt, alij duo, nōnulli tria etc. nec ſumunt ea ſecundum inſtitutum & obſeruationē vniuerſæ diœceſios Chriſtianę. Vnaquæque Secta peculiarem habet in Sacramentis diſpenſandis formam.

Sancta & catholica Eccleſia ſeptem ſacramenta confitetur, vſumque conſimilem ab ortu ſolis vſque ad occaſum obtinet.

Eccleſia catholica eſt vniuerſalis, nec abſtruſa in angulis aut latibulis latet, ſed per totum terrarum orbem per Apoſtolos eorumque ſucceſſores plantata eſt, & per ordinariam ſucceſſionem creuit vſque ad nos. Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. *13*. inquit. Sicut per verba Dei nouimus, vbi ſit plantatus paradiſus: ſic per verba Chriſti, vbi ſit Eccleſia, didicimus, per omnes gentes etc. Si igitur eſt per omnes gentes, non audiendi ſunt illi, qui dicunt, ecce hic eſt Chriſtus. Mat. 24. *Eccleſia eſt vniuerſalis.*

Chriſtus inquit, Lucę 24. Oportebat Chriſtum pati etc. & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes Gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Nam & mandauit Chriſtus Apoſtolis Mat. *28*. Marci 19. Ite in orbem vniuerſum, docete omnes gentes etc.

In ſemine etiam Abrahæ benedicentur omnes Gentes. *Gal. 3.*

In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Pſal. 18.*

Eritis mihi teſtes in Ieroſolymis & tota Iudæa & Samaria vſq; ad terminū terræ. Actor. *1*.

& Math. 8. Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum.

Matth. 24.

Poſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuã, & poſſeſsionem tuã terminos terræ. Pſal. 2. Quod Auguſtinus exponit de Eccleſia catholica c. 29. de agone chriſtiano. Cõgregabũt & Angeli electos à quatuor ventis. etc.

Secta angulum habent in Germania

Vbi nunc manet angulus veſter, quem vos Sectarij obtinetis in Germania, quem audetis appellare Eccleſiam? Quam diu eſt, quòd hanc Eccleſiam ædificaſtis? An nobilis Germania de nouis veſtris dogmatibus ante annos quinquaginta audiuit quicquam? Qualis illa fuit fides, quam ſancti patres ante mille annos prædicârunt in Germania? vtpote Maternus. D. Petri diſcipulus Colonię: Lucius, Narciſſus, Vdalricus Auguſtæ: Valerius Treuiris: Kilianus Herbipoli: Burchardus Bambergæ, Corbinianus Freyſingæ: Conradus Conſtantię: VVolffgangus Ratiſponœ: Bonifacius Moguntij: Arbogaſtus & Florentius Argentorati: Remigius Metis: Ieſsius Spiræ: Rupertus VVormaciæ, Salisburgi & in Bauaria etc. Cur poſt quadringẽtos annos docere nos niteris, quod antè neſciuimus? inquit Hieronymus ad Pammachiũ & Oceanum. Imò dicimus vobis hæreticis: aliámne fidem docebitis iam poſt mille quingentos annos? Priſcam illam & iam inde ab initio deductam, vnicam & probatam fidem, quæ tanto tempore perdurauit, quamque vniuerſus orbis Chriſtianus profitetur, illámne deſeremus, & veſtrã paganã opinionem ſuſcipiemus?

mus? Vbi veſtra ordinaria Succeſsio: quæ etiam D. Auguſtinum, vt in ſanctæ matris Eccleſiæ gremio conſtans permaneret, commouit, contra Epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, cap. 4. Iuſtiſsimè, inquit, tenet me in gremio Eccleſię catholicæ, ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, vſque ad pręſentem eſpiſcopatum, ſucceſsio ſacerdotum. Hanc ordinariam ſucceſsionem recenſet Auguſtinus Epiſtol. 165. ad Generoſum: & Irenæus lib. 3: cap. 3. & 4. lib. cap 43.

Apud hæreticos non eſt ordinaria ſucceſsio.

Tertullianus obijcit hoſtibus fidei catholicæ libro de præſcriptionibus hæreticorum, vt êdant origines ſuarum Eccleſiarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, quod ſi nequeant, ipſorum doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum & Apoſtolorum & Chriſti & *D*ei. Cyprianus lib. 1. epiſt. *6*. Si apud *C*ornelium fuit eccleſia, qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſsit, & quem præter ſacerdotij honorem, martyrio quoque dominus glorificauit: Nouatianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica & apoſtolica traditione contempta nemini ſuccedens, à ſeipſo ordinatus eſt. Habere namque aut tenére eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non eſt.

Ac tametſi nonnullæ hæreſes ex inferorum fundamentis à Sathana plantatæ ſuppullulârunt, attamen quàm ocyſsimè exaruerunt: nam quod ex hominibus eſt, diſſoluitur: quod autem ex *D*eo, permanet, Act. 5. Et omnis

plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur,inquit Chriſtus Matth. 15.

Hoc meritò ſectarios,vt in Arcam chriſtianę vnitatis in fide & obedientia reuerterētur (niſi Deus illos in reprobū ſenſum tradidiſſet,Rom. 1. Eccleſiaſt. 9.)potenter commoueret.

Vanè iactitant ſcripturas hæretici. Vanum eſt, quod ſectæ ſcripturas, quatuor Euangelia, & confiteri ſe Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, iactitant. Quid eſt habere quidem ſcripturas, non autem ſenſum aut intellectum earundem, quem largitur Spiritus ſanctus Eccleſiæ: præterea contemnere & calumniari Eccleſiam, quæ ſcripturas quaſi digito demonſtrauit, poteſtateque & authoritate ſua tradidit? Vnde Auguſtinus, Euangelio, inquit,non crederem,niſi Eccleſiæ authoritas me commoueret.

2.Cor.3. Quid prodeſt Iudæis legere legem & prophetas ſine ſenſu & vero intellectu, quàm vt ex ijs diſcant velata facie Chriſtum Ieſum verū Meſſiam blaſphemare? Legit Arrius euangelia, ſed contra diuinitatem Chriſti. Quamobrem exterminatus & anathematizatus eſt ab vniuerſa Eccleſia.

Valeſij hæretici legebant ſine vero intellectu,illud Matth. 18. Si oculus, manus aut pes te ſcandalizat,abſcinde eum etc.Hi ſeipſos caſtrârunt ſeu mutilârunt. Seueriani legebant apud Apoſtolum: In vino luxuria, quod perperam intelligentes,dicebant, *D*iabolum vinum *Epheſ.5.* creaſſe.

Manichæi dānabant eſum carnium: Tatiani criminabantur matrimonium etc. legebant namque

namque ſcripturas ſine vniſono ſenſu & intellectu ſanctæ Eccleſiæ. Quin & hinc ſectarum errores & diſcrepantia dogmata naſcuntur, quòd ex ſuo arbitrio & ſublimi ſcripturas exponant & explicent contra intellectum vniuerſi orbis chriſtiani. Hic deprauat ſcripturam aduerſus Miſſæ ſacrificium : alius contra ſanctos: tertius contra ſuffragia pro animabus fidelium præſtanda etc. *Erronea doctrina vndè proueniat.*

Sic nulla eſt ſcriptura, quæ ab impijs in erroneum & hæreticum ſenſum peruerti non poſſit, inquit Hieronymus. Veluti poſſet quis peruertere verba & ſententiam Chriſti, Luc. 14. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Item: Si vis perfectus eſſe, vẽde omnia quæ habes & da pauperibus. Item: Chriſtus ait diſcipulis ſuis, nolite portare ſacculũ, neque perã, neq; calceamẽta, neq; virgã, neq; pecuniã etc. Horum & ſimiliũ verborum ſi genuinus ſenſus et intellectus non attendatur, facilè nouos hæreticos produxerint. Quid confert hæreticis, quòd S. Trinitatẽ confitentur atque interim vnicam & cõſonam S. Eccleſiæ fidem condemnãt? Nunquid Chore, Dathan & Abyron, vnum cũ Moyſe Deum, vnam fidem, eandemque religionem habuerunt: quid autem profuit ipſis, quando Moyſis authoritatem contemnebant, & diſcordias inter populum excitabant? *Matth. 10. Marci 9. Luc. 9. 10. Num. 16.*

Si fidem adhiberent ſcripturis hęretici, haud ſanè priuata conuenticula & latebras quæritarent, ſed exhiberent ſe in catholica, vnica & S. Eccleſia, quam Chriſtus nunquam deſerturus *Matth. 24.*

 eſt.

eſt Matth. 28. Chriſtus enim & Eccleſia ſemper in Scripturis coniuncti inueniuntur, tanquam caput penes corpus myſticum. Col. 1.

Chriſtus & Eccleſia ſemper coniuncti

Chriſtus: In ſemine tuo: Eccleſia, Benedicantur omnes gentes.

Chriſtus: Dominus dixit ad me filius meus es tu: Eccleſia, Poſtula à me & dabo tibi Gẽtes, hæreditatem tuam, etc. Chriſtus. Deus deorum locutus eſt. Eccleſia, A ſolis ortu vſque ad occaſum, laudabile nomen domini.

Pſal. 2.
Pſal. 49.
Pſal. 112.

Chriſtus: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: Eccleſia, In omnem terram exiuit ſonus eorũ apoſtolorum, etc. Chriſtus, Deus iudicium tuum regi da, & iuſticiam tuam filio regis: Eccleſia, Et dominabitur à mari vſque ad mare, & adorabũt eum omnes Reges, etc.

Pſal. 118.
Pſal. 71.

Chriſtus, Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & terra: Eccleſia, Ite in orbem vniuerſum, & docete omnes gentes etc. Mat. 28. Chriſtus ſeipſum tradidit: Eccleſia, vt ſanctificaret, (Eccleſiam) mundans eam etc.

Epheſ. 5.

Ex multis pauca huc adduximus, vt miſeri & amentes ſectarij occaſionẽ habeant ad Chriſtum & Eccleſiam eius reuertendi, ad ſuam ipſorum ſalutem.

Auguſtinus ſermone 8. de tempore. Quiſquis ille eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. Item epiſtola 50. Non habent, inquit, Spiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam.

Hieronymus aduerſus Luciferianos præclaram refert ſententiam. In illa Eccleſia permanendum,

nendum, quę ab Apoſtolis fundata, vſque in diem hunc durat. Nec ſibi blandiantur hæretici, ſi de ſcripturarum capitulis videntur ſibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtant. Non pertinet ad Chriſti præmia qui reliquit Eccleſiam Chriſti, inquit Cyprianus, de ſimplicitate prælatorum. Alienus eſt, hoſtis eſt, prophanus eſt. Habere non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Auguſtinus quoque horribilem de ſectis pronunciat ſententiam, epiſtola 152. Quiſquis ab Eccleſia Catholica fuerit ſegregatus, quantumlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quòd à Chriſti vnitate diſiunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum.

Ego verò vos, ô turbulenti ſectarij, monuero, inducite corda, ſenſus & animos veſtros ad reuertēdum in magnā illā domum pulchræ illius ciuitatis ſupra montem poſitę, Matth. 5. in ſanctā & chriſtianam Eccleſiam: illic inuenietis veritatem, fortitudinem, auxilium, remiſsionem peccatorum, gratiam etc. & vitam æternam, ne præda fiatis lupo tartareo. 2. Tim. 2.

Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.

Hîc pœnitentię prædicator, qui anteà peccatores ieiunare, flere, plāgere docuit, nunc pudicitiā quoq; & caſtitatē docet, ad caſtigationem & humiliationem corporis in diebus pœnitentię. Nimirum reſecādam eſſe voluptatem: quia ſunt dies planctus & pœnitentiæ.

Eccleſ.3. dicitur. Tempus amplexandi,& tempus longè fieri ab amplexibus. Simili modo monet Propheta, vt tẽpore pœnitentiæ ſponſus exeat de cubili ſuo, id eſt, cõtineat ſe: & ſpõſa de thalamo ſuo, qui peripetaſmatis & velamentis modeſtię & pudoris ergò eſt concluſus & obtectus. Paulus docet coniuges vt ſe contineant tempore orationis. 1.Cor.7. Cùm Dauid atrox & graue prælium gereret aduerſus filios Ammon, nolebat Vrias domum ad vxorem ſuam Berſabee diuertere, quamuis Dauid Rex fraudulenter hoc illi mãdaret; & dicebat Vrias ad Dauid: Arca Dei & Iſrael & Iuda habitauit in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciẽ terræ manẽt: & ego ingrediar domum meã, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? 2.Reg.11.

Scriptura docet tempore pœnitentiæ continendũ.

Prohibebat Deus Hieremiæ Prophetæ, ne acciperet vxorem, eo quòd varię calamitates & ęrumnę inſtarent. Hier.16. Et quia tempus breue eſt, docet coniuges Paulus 1.Cor.7. vt vxorem habentes ſint tanquam non habentes.

Vt quid autem illis metanœomaſtigis & pœnitentiæ oſoribus huiuſmodi Prophetica concio adlubeſcit? Sanè præ angore, vel ſudor illis poſsit erũpere, vbi de caſtitate audierint, quodque Paulus magis ad caſtitatem, quàm ad coniugium hortetur 1. Cor.7. Quomodo autẽ nouo iſti Euangelio cum hac Prophetica doctrina conuenit? Ioel, imò Deus docet in diebus pœnitentiæ continere, caſtum eſſe, ieiunare, plangere, ſeorſim ſeu ſolitariè cubare: Nouum Euangelium verò contra ſtatuta S. Eccleſiæ, docet

33.q.4.c.nõ oportet.

docet in quadrageſima, in aduentu, in diebus pœnitentiæ nuptiarum ſolemnia celebrare, ſaltare, choreas ducere, comeſſari, helluari: omnẽque petulantiam & leuitatem tempore pœnitentiæ indulget. Quomodo Sectæ audiunt Eccleſiā? Matt. 18. Spectaturne aut quæritur carnis licentia in hæreticorum doctrina?.

Eccleſia porrò nuptiarum celebrationẽ veluti malā, non prohibet, ſed quia multa ſe nuptijs immiſcent, quæ pœnitentiam impediunt, vtpote, crapula, ebrietas, temulentia, ſaltatio, & aliæ complures voluptates etc. ea propter inſtituit Eccleſia certis temporibus, à nuptiarum ſolennijs abſtinendum. Quòd autem nonnulli tempore pœnitentię aut ieiunij, in contumeliam Eccleſię nuptias celebrant aliaſque voluptates inſtituunt talem certè laſciuiam & proteruiam Deus inultam non relinquet. Audite igitur Prophetam, & credite ſcripturis ad veſtram ſalutem, donec habetis aures audiendi.

Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini: dicent, Parce domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatẽ tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes: quare dicunt in populis. Vbi eſt Deus eorum?

Quando Deus populo eſt offenſus, debent ſacerdotes vna cum populo in templum congregari, eumque ibidem ad pœnitentiā grauiter admonere. Debent præterea ex officio ſuo flere, orare, & interpellare. Ex intima humilitate in templi veſtibulo ſtabunt, inſtar illius Publicani Luc. 18. & orabunt ac plorabunt. Tā- 1. Tit. 2.
etſi homo omni in loco, vt Paulus docet, orare

1.Cor.14. debeat, & cauere necubi peccet, vbicunque etiam ſit locorum, Deum diligere ac timere vbiuis: omnia tamen honeſtè & ſecundum ordinē peragi, & potiſsimum in Templo orationes ad Deum profundi debent. Templum enim domus Dei & domus orationis appellatur. Sanè amentem quis eum cenſuerit qui in foro manus protenderet ad orandum, aut in ſaltatu in genua prouolutus, oraret. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad orationem, vt ſuperius dictum eſt.

Actor.3.

Plorabūt etiam Sacerdotes pro ſe & pro populo. Plorat Hieremias ſuper peccatis populi. Samuel ſuper Saule; Chriſtus ſuper ciuitate Hieroſolyma. Lucę. 19. Dauid luget filium Abſalon & Amon. 2. Regum 19. Paulus quoſdam peccatores apud Corinth. 2. Corinth. 12. Filius dum corripitur, ſi ploret, mouetur pater ad cōmiſerationem: verum ſi ridens præfractum ſe præbeat, ad maiorem pater indignationem accenditur. Quamobrem acceptum eſt Deo, ſi dum ab eo corripimur, intimè peccata lugeamus. Eiuſmodi luctus vertetur in gaudiū. Lucæ 6.

1.Reg.15.

Appellat Propheta Sacerdotes, miniſtros domini, qui externum Sacerdotium adminiſtrabant, cuius functio nemini concedebatur, niſi eſſet ex familia Aaronis aut Leui. Qui autē hoc munus ſibi à Deo non commiſſum temerè arrogabant, horribiliter à Deo puniebātur. Quēadmodum videre eſt in Chore, Dathan & Abyron, quos vnà cum ducentis quinquaginta viris terra viuos abſorbuit. Numer. 16. Sic

Rex

Rex Oſias lepra percutiebatur, quòd officium Sacerdotale temerè ſibi vendicaſſet. 2. Paral. 26. Saul offerebat, & regno priuatus. eſt 1. Reg. 13.

Tametſi porrò omnes Chriſtiani, ſacerdotes à Petro appellentur, videlicet ſpirituales Sacerdotes, quemadmodum & ſpirituales Reges: memorant tamen ſcripturæ externum ſacerdotium, de quo ſuprà diximus. De Chriſto dicitur. Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. Elegit & duodecim Apoſtolos, ad quos dixit. Luc. 22. hoc facite in mei commemorationem. Et Ioan. 20. Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c. *Sacerdotium æternum.*

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus ſancti. Deſignauit ſeptuaginta duos diſcipulos. Lucæ 10. *Matth. 28.*

De Noui teſtamenti Sacerdotibus loquitur Eſaias cap. 61. Vos ſacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis: Fortitudinem gentium comedetis. hoc eſt, potentiſſimi Reges & Monarchæ per prædicationẽ Apoſtolorum ad fidem conuerſi ſunt, & Chriſto incorporati. Apoſtoli verò ſe ſacerdotes nõ appellârũt, ne ſimpliciores eos veteris legis Sacerdotes exiſtimarent. Idcircò quos Eſaias vocat Sacerdotes, hos Petrus appellat Presbyteros: Paulus nominat Prępoſitos, miniſtros Dei, diſpenſatores myſteriorum Dei.

Officium hoc nemo temerè ſibi aſſumet, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Hebr. 5. Paulus Timotheo præcipit ne cui citò manus impo-

imponat, nimirum, ad ſacerdotium. 1. Tim. 5. Mandat & Tito conſtituere per ciuitates preſbyteros. Tit. 1. Monet quoq; Timotheum, Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam; cum impoſitione manuum presbyterij 1. Tim. 4. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quę eſt in te per impoſitionem manuum mearum. 2. Tim. 1.

Quando igitur ſacerdotes, paſtores, præſides, ſiue Rectores populi, Deum ſibi iratum conſiderant, denunciabunt populo, eiuſmodi afflictionem ex peccatis ipſorum prouenire. De cuiuſmodi afflictionibus (quas *D*eus vocat iudicia ſua) Ezec. *14*. & 5. Et Eſa. 58. Annuncia populo meo ſcelera eorum, etc. Et Ezech. *3*. Et quia præpotentis Dei irati manus, horribiliter premit peccatorem, eapropter Sacerdotes cum vniuerſo populo ad Deum clamabunt: *P*arce domine, parce populo tuo. Sic Moyſes clamat ad *D*eum pro populo. Cur domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna & in manu robuſta? Ne quæſo dicant, Callidè eduxit eos, vt interficeret in mōtibus. &c. Exo. 32. Orta quoque in populo ſeditione dicebat Moyſes ad Aaron. Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum, vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira à domino, & plaga deſæuit. Nu. *16*.

Pſal. 105.

Num. 14.

Quoniam autem Sacerdotes, Rectores, Paſtores &c. & ipſi circundati ſunt infirmitate. Heb. 5. ideo & ipſi clamabunt: Parce nobis domine. Non viximus ſecundum ſtatum & vocationem

Sacerdotes orabunt, parce nobis domine.

Matth. 5.

tionem noſtram. Exhibuiſſemus nos mundi lucem, terrę ſalem: nos autem tenebræ fuimus, & in mala vita liquefacti ſumus: ideo, ô domine, parce nobis. Comedimus peccata populi: nos autem nequiter viuendo, auaritia, Simonia pompis & faſtu etc. ſcandalizauimus plurimos in lege. Malac. 2. ideo, ô domine, parcè nobis.

Nos diſſolutè & inconſideratè viuendo cauſam præbuimus, quòd Arca ab hoſtibus capta eſt, quòd auguſtiſsimum Miſſæ myſterium in contemptum deuênit: nos enim tremenda illa & viua myſteria, ſine confeſsione, ſine pœnitẽtia, ſine reuerentia, ſine vitæ emendatione &c. tractauimus. *D*omine, parce nobis.

Manifeſta quoque ſubditorum noſtrorum flagitia non redarguimus: ſerui hominum fuimus, omnem proteruiã cum Heli indulſimus. *2.Cor. 7.* Sectis inſuper in exequendo docendi munere *1.Reg. 2.* palpati ſumus, & conniuimus, vt hominum gratiam aucuparemur. O domine, parce nobis. In ocio & voluptatibus dormiuimus, donec inimicus perniciales hæretici errorum zizania *Matth. 13.* ſeminârunt. Non curauimus, vt probi & eruditi animarum curatores, miſellis Chriſti ouiculis præponerentur, ſed ex auaritia, indoctis, leuibus, iuuenibus, & imperitis tenebrionibus animarum curam delegauimus. O domine parce nobis.

Sic prius eſſet fodiendus paries, quemadmodum Deus Ezechieli *P*rophetę faciendum mãdabat *E*zech. 8. illic abominanda peccata & præuaricationes conſpicerentur, non ſolùm Catho-

Catholicorum ordinatorum ſeu conſecratorũ: ſed etiam illorum qui ſacerdotale munus ſibi violenter arrogãt, ſed citra legitimam vocationem & ordinationem, ſicuti faciunt hæretici: videremus, inquam, quomodo verbũ Dei adulterent, & contra ſacramenta & inſtituta Eccleſiæ ad execrabilem diſcordiam peruertant. Interficiunt animas quæ non moriuntur, & viuificant animas quæ viuunt, confortant manus impij &c. Ezec. 13. Quoniam autem tempus appropinquat, quo incipiet iudicium à domo Dei. 1. Petr. 4. Et Deus viris percuſſoribus à ſanctuario Dei incipere mandauit. Ezec. 9. ideo clamabunt ſacerdotes & coram domino plorabunt, ô domine parce nobis.

Debent & ſacerdotes ad Deum plorare & orare pro ciuilibus Magiſtratibus, pro Regibus, Principibus, Comitibus, Magnatibus, Nobilibus etc. O domine parce illis. Faſtus enim, & ſuperbia, auaritia, priuatæ vtilitatis ſtudium, cõmeſſationes, ebrietates planè apud ipſos increbuerunt. Non vſurpãt gladium, ſicuti à Deo acceperunt ad laudem bonorum, & timorẽ malorum: ſed vice verſa parcunt malis, & affligũt bonos & obedientes. Diſcordioſos extollunt, obſequentes obliuiſcuntur. Viduas, pauperes, pupillos &c. contriſtant.

Rom. 13.

Sacerdotes itaque clamabunt ad Deũ, ô Domine ab alienis parce ſeruis tuis, quod ita plãtant malum, idque multũ diſsimulant. Regere illis in memoriã quod ait dominus. Luc. 12. cui cõmendauerũt multũ, plus petẽt ab eo: quodq; durũ admodum futurum ſit iudiciũ in negligentes

Pſal. 18.

gentes præpoſitos. Sap. 8. Et potentes potenter tormenta patientur.

Clamabunt prætcrea ad Deum pro populo Sacerdotes. *P*arce domine populo tuo, qui tui planè oblitus & temporarijs rebus penitus immerſus eſt. Fluctuat in fide, maleuolus eſt erga Magiſtratus, ferox, inuidioſus, auarus, obſtreperus, nullũ neque amorẽ neque timorem Dei habẽs, peierare, mentiri & fallere peccatũ non exiſtimat. Arrogans & rebellis eſt populus, nõ ſuſtinet ſe agnoſcere: nullam inſtructionẽ neq; correptionem ſuſcipit.

Non ſuſtinet factioſus populus hanc phraſim addiſcere. Parce domine noſtræ apoſtaſi, parce noſtro faſtui, ſuperbiæ, parce noſtræ pertinaciẹ & inobediẽtiæ. Hæ enĩ voculẹ parce dñe, in Euangelio non continẽtur. Iure agere videri volunt, etiamſi reclamet vniuerſus mundus.

Audent & dicere, vniuerſum orbẽ Chriſtianum errare, patres orthodoxos omnes iã olim antè mille quingentos annos mera ſcripſiſſe mendacia, & meliora ignoraſſe, ſolos ſectarios veritatem ſub ſtabili inueniſſe. Chriſtum eccleſiam ſuam tanto iam tempore contrà promiſſionem ſuam deſeruiſſe: Spiritum ſanctũ in nouiſsimis primum temporibus ante annos triginta ſectarijs veritatem reuelaſſe. *Matth. 28.*

Idcirco miniſtri Dei ſacerdotes ad Deũ clamabunt. *P*arce domine populo, pro quo etiam in cruce mortem ſubiuiſti, illumina cœcitatẽ cordiũ ipſorũ, vt videant, quod vel immanis Turca perſpicit, nimirum, ex noua hac & peregrina doctrina nihil aliud pullulare, quã omnigenã

populi

populi leuitatem, ſuperioris poteſtatis cõtemptum, criminationes aduerſus Sanctã Eccleſiam & ſacramenta, ſeditiones, diſsidia, diſcordias, bella, ſanguinis profuſiones, prouinciarũ ac populorum vaſtationes, quodque nullus irreligioſior & caſtigabilior populus inueniatur illis, qui proteruè priſcam, indeque ab initio deductam & probatam, Chriſtianam & catho-
Hier. 2. licam Religionem deſerunt. Imò ne inter Ethnicos quidem eiuſmodi adulteria, blaſphemię, rapinæ, fœnerationes, inuidiæ, odia, rebelliones &c. inueniũtur, quã hac tempeſtate, inter nouę doctrinę ſectatores. Quidã enim illorum ſcripſerunt. Nihil damnat, niſi incredulitas: Et nihil ſaluat, niſi credulitas. Qualis autem proteruia ex his verbis in populo inoleuerit, notum eſt vniuerſo mundo. Dominus verò dixit. Mat. 7. Pſeudoprophetas ex fructibus ipſorum cognoſcetis.

Ezec. 18. Eſaiæ 42. Matth. 12. Quoniam igitur non vult dominus mortem peccatoris, & linum fumigans non extinguit, ea propter omni fidelitate vos admoneo, ſi vel ſcintillam habetis cognitionis Chriſti, qui prò vobis mortuus agnoſcite vos, & dicite ex corde. Domine parce nobis. Serpens antiquus nos decepit, & ſenſus noſtros ſicuti Euæ peruertit.
2. Cor. 11. Defecimus à S. Eccleſia, ab vnica fide, à recto & vero ſeptem diuinorum Sacramentorum vſu, à cõſono ſenſu & intellectu ſacrarum ſcriptu-
Hier. 2. rarum. Dereliquimus fontem aquæ viuæ, & fodimus nobis ciſternas nouarum errantiumque opinionum aduerſus ſponſam Chriſti. Domine, parce nobis.

Quod

Quod ſi peccatores & hæretici hanc loquelã, prout debent, ac decet locuti fuerint. Domine parce, ignoſce nobis: ſuam quoque loquetur Deus loquelam, videlicet miſericordiam, gratiam, remiſsionem peccatorum, etc.

Scrutamini ſcripturas, quis vnquam peccator ex corde dixit, Domine, parce mihi; cui Deus non fuerit propitius?

Impius ille Rex Achas cum ſe corã Deo humiliaret, Deus ei pepercit. 3. Regum. 21.

Crudelis erat & ſanguinarius in Prophetas Tyrannus Manaſſes, attamẽ cũ ſe agnoſceret, dicẽs Domine parce mihi: miſertus eſt Deus illius. 4. Reg. 21. 2. Paral. 33. Homicida & adulter erat Dauid. cæterũ vbi ex corde ad Deũ clamauit. Miſerere mei Deus benignũ à domino accepit reſponsũ. 2. Reg. 12. Magdalena pœnitens corde dicebat domine parce mihi: & pronunciauit de ea, Remittũtur illi peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucę 7. Latro in cruce dicebat, Domine memẽto mei etc. reſpondit ei Chriſtus, Hodie mecum eris in Paradiſo. *Pſal. 50.* *Lucæ 23.*

Diſcite & vos exoptatiſsimi, hanc Euangelicam phraſim, vt dicatis in contritione veſtra, Parce domine: in cõfeſsione, parce Domine: in dignis pœnitentię fructibus, parce domine: in ſũptione celſiſsimi Euchariſtiæ Sacramẽti, parce domine. in extrema vnctione dicite cũ Sacerdote, parce domine: in vltima vitæ periodo, quando anima ex corpore migratura eſt, dic ex corde. O Ieſu Chriſte, fili Dei viui mundi redemptor & ſeruator, parce & miſerere mihi, qui propter peccatores acerbiſsimam *Moriturus quomodo debeat orare.*

mortem in ligno crucis pertuliſti. In manus miſericordię et gratię tuę, cōmendo ſpiritū meū. In te domine ſperaui, non confundar: in iuſticia tua libera me Pſal. 30. tu enim es dominus
Hier.23.33. iuſtus noſter. *D*ic etiā cum Iob. cap. 7. Parce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. Vniuerſa hominum ſalus à Ieſu Chriſto, vnico Seruatore noſtro dependet: peccata verò ex praua hominis voluntate proueniunt: quamobrem ô Ieſu,
Oſeæ 13. parce mihi, & largire de tuo quod nō habeo de meo. *D*omine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me, ſed parce mihi, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.
Pſal. 6.

Suaue eſt illud crucis verbum, quod *C*hriſtus
Lucæ 23. in cruce proclamauit. *P*ater parce, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. In ſumma ſi gratiam deſideramus, neceſſum eſt vt agnoſcamus & confiteamur peccata noſtra, ſi enim hęc cōfiteamur, fidelis eſt & iuſtus Deus, vt ea nobis re
Lucę 5. mittat. 1. Ioā. 1. Nō egent qui ſani ſunt, medico,
Matth. 9. ſed qui malè habēt, nec venit *C*hriſtus vocare iuſtos, faſtuoſos, ſuperbos, qui in ſeipſis confidunt, & alios contēnunt, ſed peccatores ad pœnitentiam. Lucę 5. Matt. 9. *C*hriſtus dicebat ad phariſęos. Si cœci eſſetis, non haberetis peccatum: nūc verò dicitis, Quia videmus, peccatum veſtrum manet. Ioan. 9.

Hoc docet vocula. *P*arce Domine. Si nunc aquam viuam habere deſideras, vade & voca virum tuum agnoſce te ex corde peccatorem, & poſtula veniam. Hoc eſt quod in peccatore deſiderat Deus, vt illi parcat. Poſtquam pec-
Geneſ. 3. caſſet Adā, vocauitq; eum *D*eus, dicens. Vbi es?

vt ex hac interrogatione Adam peccatũ ſuum confiteretur, & veniam peteret. Sic ad Cain dicebat Dominus. Vbi eſt Abel frater tuus? vt homicidium ſuum confiteretur. *Praclarum quid eſt agnoſcere & fateri peccatũ.*

Rex Ezechias cùm opes, theſauros & potentiam ſuam ſuperbè & gloriosè oſtentaſſet, interrogabatur: Quid dixerunt viri iſti? aut vnde venerunt ad te? 4. Regum 20. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam cõſequetur. *Prou.* 18. Iuſtus primùm eſt accuſator ſui. Prouerb. 18.

Ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes.

Latius nunc admonentur per Prophetam Sacerdotes, quid ingruente anguſtia aut neceſſitate in orationibus ſuis Deo proponere debeant. O domine, ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Populus Iudaicus peculiariter appellatur hæreditas *Dei*, quam ex omnibus populis ſibi elegit, Eſaiæ 19. Hæreditas mea Iſrael. Et Pſal. 27. Saluum fac populum tuum, & benedic hereditati tuæ.

Huic populo Deus legem dedit per Moyſen, qui docuit ipſos cultum diuinum, cum ſacrificijs & ſolennitatum neomeniarumque obſeruationibus, conſtituitque illis Sacerdotes ac Leuitas. Habuerunt & prophetas, qui ipſis indicarunt, quid Deo gratum & acceptum, quique obedientiæ & obſeruantiæ legis, repromiſſiones præſtiterunt: præuaricationem verò duriter vindicârunt, quod hic populus frequẽter & ſępe horribiliter perſenſit, prout in veteri teſtamento

ſtamento & Prophetis prorſus euidenter notatur.

Admonet igitur Sacerdotes Propheta Deũ deprecari, ne populũ ſuum det in opprobrium, propter ipſorum peccata, quod fit quando Deus auxilium & protectionem ſuam ſubtrahit, hoſtes præualere & gentes illis dominari permittens, quemadmodum iſtud in Babylonica captiuitate experimento cognouerunt.

Sic quæritur Dauid. Pſal. 43. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum, his qui ſunt in circuitu noſtro: Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus, commotionem capitis in populis. Et Pſal. 78. Deus venerunt Gentes in hęreditatem tuam, polluerũt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam, Et Pſal. 93. Hęreditatem tuam vexauerunt. Sic precatur Hieremias. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum. Hierem. 14.

Quoniam verò Deus hęreditatem ſuam propter enormem idololatriam & defectionem contempſit & dereliquit: tum etiam propter incredulitatem, vt Paulus ait, Rom. 11. ab olea reſecti & reiecti ſunt: Ablatum eſt illis regnum
Matt. 21. Dei & datum eſt gentibus quę ex gratia Dei factæ ſunt populus Dei, Oſeæ 2. Malos quoque malè perdidit, & vineam ſuam alijs agricolis, id eſt Gentibus locauit. Matth. 21. Relicta eſt domus eorum deſerta. Matth. 23. Non erit enim eius populus, qui eum negaturus eſt. Daniel. 9. Alium igitur populum Deus in hæreditatem
Malac. 1. ſuam elegit, nos inquam, Gentes, in quibus

magnum

magnũ nunc eſt nomen eius. Vnde Dauid *Pſal.* 2. *P*oſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatẽ tuam. Eſt & Chriſtus in cruce mortuus non tãtum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum, Ioannis 11. *Gentes factæ ſunt populus Dei.*

Quamobrem Chriſtus etiam Apoſtolos ſuos ablegauit in vniuerſum mundum vt Gentibus fidem prædicarent, baptizarent eas in nomine Patris & filij & ſpiritus ſancti, & Dei præcepta ſeruare docerẽt. Matt. 28. Atque ita per verbum Euãgelij cooperante gratia Spiritus ſancti, inſiti ſunt oleę, & populus Dei facti. Rom. 11.

Vobis oportebat primùm loqui verbum *D*ei, inquit *P*aulus ad Iudæos Actor. 13. ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce conuertimur ad Gentes.

Siquidem Gentes nunc factæ ſunt ex gratia *D*ei, populus ablutus, ſanctificatus, iuſtificatus, imò hęredes *D*ei & cohæredes Chriſti. Populus acquiſitionis per ſanguinem Chriſti in vitam æternam. 1. *Cor.* 6. *Gal.* 4. 2. *Pet.* 2.

Sic ergò Chriſti fideles ſunt hæreditas Chriſti, qui in vnitate fidei Chriſtianæ, in recto Sacramentorum vſu & conſono Sacrarum ſcripturarum intellectu, in vnico ſanctæ Eccleſię ouili ſunt congregati. I*an.* 10. *Gal.* 6.

Hic iã verus eſt Iſraël Dei, per ſpiritum ſanctum in baptiſmo à Gentilitio originalis & actualis peccati præputio circunciſus, ad diuinã gratiam & iuſticiam, & ad promiſsionem Paleſtinæ cœleſtis.

Dedit etiam huic legem ſpiritus & vitæ non *Hier.* 31.

in tabulis lapideis ſed in cordibus eorum per
Luc. 1. digitum Dei Spiritum ſanctum conſcriptam, vt ex ea diſcerent in ſanctitate & iuſticia Deo ſeruire omnibus diebus vitæ ſuæ ad retributionem vitæ æternæ.

Pro hac hæreditate, noui teſtamenti ſacerdotes, ex officio ſuo fideliter orabunt, ne Deus eam det in opprobrium, ne Tyranni infideles, hęretici aut ſectę Chriſtianis dominentur. Nam ſi Gentes aut ſectę dominentur Catholicis, omnem Chriſtianã vnitatem & politiam conturbant, legittimum ſacramentorum vſum dãnant, Chriſmatis vſurpationem ludificãtur, quod tamen Chriſtus ſumpta cœna ſuos Apoſtolos conficere docuit, quemadmodum hoc teſtatur Fabianus epiſt. 2. ad Epiſ. orientales: Confirmationis ſacramentum reijciunt: Sacramentum pœnitentiæ habetur illis Papiſticum: Ordinem condemnant: veritatem, verumq; & legitimum vſum auguſtiſsimi corporis & ſanguinis Chriſti Sacramenti criminãtur. In ſumma, omnes ritus, obſeruationes & ſtatuta S. Eccleſię, quę per ordinariam ſucceſsionem, ab Apoſtolorum temporibus vſque ad nos peruenerunt, inſectantur & ſubſannant.

Ac tametſi immanis Turcarum tyrannus chriſtianos grauiter perſequatur, imò flamma & ſanguine fidem extirpare & delere ſummè adnitatur, linguæ tamen hæreticorum, inquit Auguſtinus, hæreditatem Chriſti plus lædunt, quàm gladius tyrannorum. Tunc autem Deus hęreditatem ſuam dat in opprobrium, quando propter peccata noſtra permittit errores, hære-
ſes,

ſes, contemptum ſacramentorum, peruerſionē & deprauationem ſacrarum ſcripturarū. Quādo catholici fidei ſuæ cauſa deſpiciuntur, perduntur, profligantur, occiduntur: Quādo perſecutionem & contumeliam patiuntur, quòd Sacerdoti confitentur, quòd Miſſas audiunt: quòd liberos legitimo & Chriſtiano modo curant baptizari: quòd nuptias ſuas per Eccleſiæ Sacerdotem cum precibus & Miſſarum oblationibus, conſecrari ſinunt: quod ieiunant, feriātur, bonis operibus Deo ſeruire, proximum conſolari & ædificare ſatagunt.

Hæreditatem in opprobriū dare.

Quando diruuntur Eccleſiæ, deſtruuntur altaria: Crucifixi, reliquorumque diuorum imagines deturbantur & concremantur. Quando cogunt hæretici Catholicos ad ipſorum conciones & cœnam accedere. Quando Miſſas audire, Catholicis concionibus intereſſe, templa frequentare, Sanctos inuocare prohibent. Quando templa occludunt, omnem Dei cultum & conſuetudinem Chriſtianam, Magiſtratus Chriſtiani obedientiam, & Eccleſiaſtica ſtatuta ſub pœna ſeruari vetant. Quando Catholicos conſecrata ſeu Eccleſiaſtica ſepultura priuant. Quādo viuorum ſuffragia pro fidelium animabus damnāt & abolent. In ſumma, quando Turcæ, Iudęi & Sectę vnicam fidem opprimere contendunt.

Ingruente igitur huiuſmodi Sectarum abominatione, contumelia & calumnia, Sacerdotes planè ſeriò ac deuotè ad Deum clamabunt, & fideles ad orādum hortabuntur, ac dicent. Ne des, ô domine, hæreditatem tuam in

opprobrium. Reprime, ô Domine, Tyrannos et Sectas, ne populo tuo Chriſtiano dominentur, ne immanem ſuã truculentiam ſanguine ſanctorum tuorum exatient. Da pacem & veritatem in diebus noſtris. Memento Domine promiſsionum tuarum, & ab ouili Eccleſiæ tuæ ſęuos & ſanguinarios Lupos abarce, qui nihil aliud quærunt, quàm iugulare & perdere, diſsidia ac diſcordias excitare Ioan. 10.

4. Reg. 20.

Si Græci hoc pacto poſito faſtu, & vita flagitioſa in melius mutata, ad Deum clamaſſent, Turcis à Deo in opprobrium dati non fuiſſent.

Quoniã porrò videmus Deum propter peccata noſtra ſimulatores ſeu hypocrytas, qui conantur nos in ignominiam pręcipitare & Sacramentis ſpoliare, deprauando verbo Dei, iracundè permittere ita vt maiores frequentioresque errores ac diſsidia nunquam fuerint in Germania quàm hac noſtra tempeſtate, vt illa domini verba ſe prodant. Vnumquodque regnum in ſe diuiſum deſolabitur: & quemadmodum ſcriptum eſt: Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſticias & iniurias & diuerſos dolos. Eccl. 10. Idcirco humili corde in cœlum clamabimus. ô domine, ne hæreditatẽ tuam per errores, factiones & diſſolutã vitam des in opprobrium. Nam vbicunque vel error eſt vel hęreſis, ibi gratiam ſuã ſubtrahit Deus: vbi autem gratiam ſubtrahit, ibi ſequitur ignominia coram Deo & mundo.

Lucæ 11.

Quocirca ſacerdotes cũ omni populo ad Deũ clamabunt, ne plebem ſuã det in opprobrium per peccatum, id eſt, ne peccent. Ignominia enim

Peccatum ſequitur ignominia.

enim ſequitur peccatum. Pſal. 24. Confundantur omnes iniqua agentes. Furtũ ſequitur crux: adulterium infamis illa & probroſa lapidum circungeſtatio: homicidium gladius &c. Si patrem offendat filius, nudatum eũ flagellat. Proinde orãdum eſſet. Cuſtodi domine & conſerua populum tuum, vt ne peccent, ne dentur in opprobrium in ira tua. Ne inducas nos in tentationem, libera nos à malo, ne coram te pudefiamus in aduentu tuo: omnes enim qui te derelinquunt, inquit Hieremias, cap. 17. confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur. *2. Ioan. 2.*

Moneat vos populus Iſraëliticus, qui ſæpenumerò peccatorum ergò opprobriũ ſuſtinuit. *Ezech. 11.* Iactabant munitam ac ſacroſanctam ciuitatem, amplum & magnificum templum, planéque tutos ſe exiſtimabant, dicentes, ſe eſſe carnes in lebete. Tandem verò ſumma cum turpitudine captiui abducuntur in Babyloniam.

Poſtulabãt carnes & dabat eis Deus conturnicum multitudinem. Quinimo adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor domini concitatus eſt in eos. Exod. 16. Pſalm. 177. Num. 11.

Murmurabat populus aduerſus Moyſen & Aaronem, quod terra Core, Dathã & Abyron, cum 250. Viris abſorbuiſſet, & egreſſa eſt ira à Domino in populum, & vaſtauit incendium quatuordecim millia hominum & ſeptingentos. Numerorum. 16.

Volebant regredi in Ægyptum, & miſit Dominus ignitos ſerpentes, ad quorũ plagas conciderunt plurimi. Numer. 21.

Sedechias cum quadringentis pſeudoprophetis, promittebant Achas Regi Iſraël,& Ioſaphat Regi Iuda ipſos victoria potituros in Ramoth Galaad, tametſi contrarium eis ominabatur Michæas: illi autem profecti ſunt & ceciderunt. 3. Reg. 22.

Dauid ſuperbia elatus exercitum ſuum numerari mãdabat: Deus verò dedit illum in opprobriũ vt triduo morerentur ſeptuaginta millia virorum. 2. Reg. 24.

Superbi Babylonij turrim ædificare conſtituebant, cuius culmẽ pertingeret ad cœlum. Et confudit Deus linguam eorum ita vt vno lignum poſtulante, alter porrigeret ſaxum etc. Geneſ. 11.

Specioſus ille angelus Lucifer ſolium ſuum ſuper aſtra Dei exaltare moliebatur & ſimilis eſſe altiſsimo, & transformatus in Satanã, deturbatus eſt in gehennam Eſaiæ 14. Lucæ 10.

Diues ille Euangelicus ſtatuit requieſcere, cõedere, bibere, epulari, & veniũt dæmones nocte & repetunt animam illius. Lucæ 12.

Filij Iſraël numeroſo frequenter exercitu feruntur in hoſtes, putantes adepturos ſe victoriam, & dantur in opprobrium & in fugã vertuntur ab hoſtibus Ioſue 7.

Sic ſi de pace aut fidei vnitate pertractemus, & latet in cordibus noſtris carnis licentia, aut alieni appetentia, nihil efficimus aliud, quàm vt inſipientia noſtra manifeſta fiat vniuerſo mundo.

Si mouendum eſt bellum in Turcam nominis Chriſtiani hoſtem noſtro quidem in ſenſu

fortes

fortes ſumus & animoſi: Cæterum quia in cordibus noſtris eſt perfidia, meditamur defectionem ab obedientia Eccleſiæ, planeq́ue ſumus immerſi ſuperbiæ, auaritiæ, priuato quæſtui, blaſphemijs, commeſſationibus, immunditijs, aleæ etc. multoties hanc ignominiam à Turcis referimus, vt ad poſtremum vſque ſymboli vrgeatur exolutio.

Eoq́ue ex cordibus prius eſſet profligandus Turca armis lucis, & quidem illi potiſsimum Turcæ, qui falſa doctrina interficiunt animá: tum ſiquidem Deus hæreditatem ſuam ab opprobrio conſeruaret, & victoriam clementer cócederet. Si verò criminosè viuere pergamus, negligentes pœnitentiam, non eſt quod triumphú aut gloriam à *D*eo ſperemus. Prou. 18. Epheſ. 13.

Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.

Quando autem temporaria ignominia, quã perſæpe Deus peccatorem incurrere permittit (de quo Dauid Pſal. 82. *J*mple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum) nos ad pœnitentiam non allicit aut commouet: & ſi in Sacramentali confeſsione voluntariè nos non pudefaciamus ad æternam gloriam, & ad tráquillandam conſcientiá noſtram, de quo ſcriptum eſt *E*ccleſ. 4. eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducẽs gloriá & gratiam: eiuſmodi cor pœnitere neſcium ſequetur ſempiterna ignominia, quando dicturus eſt ad impios Chriſtus: neſcio vos: *D*iſcedite à me in ignem ęternum. Math. 7. 25. & Paulus Roman. 2.

Iis

Iis qui ſunt ex contentione, & qui nõ acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia. Deus quoq; in extremo die peccatores deridebit & ſubſannabit. Prou. 1.

Quoniam igitur peccatum ſequitur ignominia, vel hîc vel in futuro ſæculo, eò ſatagemus, vt per bona opera noſtram vocationem & electionem certam faciamus: nam & gloria
2. Pet. 1. & honor ſequitur operantes bonum, vt Paulus ait, Rom. 2. vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. 1. Timoth. 2.

Sequitur in oratione Sacerdotum.

Quare dicunt in populis, vbi eſt Deus eorum?

Id eſt, domine ne hæreditatem tuam des in opprobrium, ne irrideant nos Gentes, quaſi iuuare nos, aut de neceſsitatibus noſtris eruere nequeas.

Hac precandi formula frequenter pro populo vſus eſt Moyſes Exo. 32. Cur domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna & in manu robuſta? Ne dicant Ægyptij. Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus &c.

Et Dauid. Pſal. 113. Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Super miſericordia tua & veritate tua, ne quando dicant Gentes, vbi eſt Deus eorum? Et Pſal. 78. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriã nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Ne fortè dicant in Gentibus, Vbi eſt Deus eorum?

Fuerunt

Fuerunt mihi lachrymæ meæ, inquit Dauid *Pſa.*41. panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidiè, vbi eſt Deus tuus?

Sic Ægyptij irridebāt filios Iſraël in magnis laboribus, anguſtijs & neceſsitatibus, quas in Ægypto ſub Rege Pharaône perferebant.

Ethnicus ille Rabſaces eiuſmodi verbis (vbi eſt Deus tuus) inſultat pio Regi Ezechię & vniuerſo populo Iſraëlitico, 4. Regum. 18. Itidem & Iob ridebatur ab vxore & amicis, quaſi Deus ipſum dereliquiſſet. Iob 4.

Tobiæ ſeniori hirundinum ſtercoribus iam excœcato dicebat vxor: Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua & eleemoſynæ tuæ modo apparuerunt. Cognati quoque ridentes dicebant. Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tob. 2. *S*ic quādo pij & boni premūtur afflictionibus, illudūt eis impij, quaſi Deus eos liberare aut in tentationibus conſolari nequeat. *I*udæi hoc pacto Chriſto domino in cruce blaſphemantes illudebant: Sperauit in Deo, liberet eum nunc ſi vult.

Et quoniam aliqui chriſtianorum ſunt ſub aſpero Turcæ flagello, duriſque modis ab eo premuntur & affliguntur, inſultat ipſis: vbi, inquit, eſt Deus veſter, vt vos de manu mea eripiat?

Ea propter ſacerdotes cum vniuerſa plebe ad Deum clamabunt, ne populum ſuum deſerat, & gratia ſua à nobis recedat, ne Gentes nobis dominentur, illudāt, ac dicant: vbi eſt Deus veſter?

Hæretici appellantur gentes.

Hæ Gentes non ſoli ſunt Turcæ, Iudæi, &c.

verum-

verumetiam Sectæ à S. Eccleſia peruicaciter a-
poſtatantes. De his pronunciat Chriſtus Matt.
18. Qui non audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquã
Ethnicus. Hæ Gentes, hæretici, hoc verbo, Vbi
eſt Deus veſter? Chriſtianis primęuę fidei ſecta-
toribus grauem irrogant contumeliam. Nihil
enim captant aliud, quàm S. Eccleſiam in con-
feſsione, fide, politia & obſeruatione ſua igno-
minioſam reddere, quaſi errauerit, & à Deo de-
relicta ſit.

Hæretici irrident chriſtianos.

Sic ridet Chriſtianos Arrius: Vbi eſt diuini-
tas Chriſti? Aërius ludit, inquiẽs, Vbi ieiunium
Chriſtianorum? Iouinianus ait: Vbi virginitas
excellit coniugium? Nouatus, Vbi, inquit, pœ-
nitẽtia Chriſtianorum? Vigilantius cauillatur:
Vbi ſanctorum intercefsio? Heluidius: Vbi
virginitas Mariae? Donatus dicebat? Quo a-
lio in loco eſt eccleſię Catholica, quàm apud
nos? &c.

Eodem modo inſultant quidam hæretici:
Vbi veſtrum Miſſæ ſacrificium, vbi veſtra bo-
norum operum merita? Vbi vota? Vbi traditio-
nes Eccleſiaſticæ? Vbi ſuffragia pro animabus
fidelium? Vbi priſca & papiſtica fides? Vbi con-
firmatio? Vbi vnctio? &c. Illudunt quoque di-
centes: Vbi hoc vel illud ſcriptum continetur?
Vbi ſanctus ille ſpiritus veſter? Erraſtis & cœcu
tiuiſtis iã nunc ab annis mille quingentis. Vbi
veſtra promiſsio, vt dicatis fidẽ antiquã perdu-
raturam? Contemplamini, quantus apud nos
numerus eorum qui Euangelio adhærent, Re-
ges, Principes, Duces, Comites, nobiles, vrbes,
vxores, mariti, iuuenes, ſenes, eccleſiaſtici, ciui-
ies,

les &c. atq; hoc modo orthodoxos ludificātur putantes eos à Deo derelictos, ſi ignominiam, perſecutionem &calumnias ſuſtineant. Mutuum illis non dant: muneribus adminiſtrandis non pręficiuntur, magnam neceſsitatem & ægeſtatem patiuntur, digitum infamem in eos porrigunt, naſo eos ſuſpendunt, dicentes, Vbi Deus veſter? dereliquit vos, non eſt fautor partium Papiſticarum. Veſtrum ieiunare, cōfiteri, pœnitere, miſſas audire, Diuos inuocare, bona opera &c. neniæ ſunt & nugæ. Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumētum, quia cuſtodiuiſtis pręcepta eius? Malachię 3. Vacantes enim veſtro cultui diuino, contumeliam & ignominiam ſuſtinetis.

Sed ęcce nobiſcum eſt Deus, imò fortuna & ſalus, ſumus honorati, parcitur nobis, frequētibus & perquàm iucūdis ſymbolis reficimur: ſi peccauerit quis, multi ſunt, qui pro eo intercedant: mutuum datur, & donatur nobis: ad honores & munia prouehimur &c. Vbi autem Deus veſter?

Quamobrem ſcandalizantur complures in hoc verbo, Vbi eſt Deus tuus? quo hæretici Catholicis illudunt, quo tam contumelioſo dicterio ne ſępius afficiantur, ab vnica, probata, ſancta & Chriſtiana fide deſciſcunt: in nouiſsimis enim temporibus ſcandalizabuntur multi, & diſcedent quidam à fide.

In hac tā graui neceſsitate ad Deū clamādū foret, vt vnicam & ſanctam fidem ſuam ita dignetur defendere, & aduerſus omnes inferorum portas magnificā auguſtamq; conſeruare, ne fi- *1. Tim. 4.* *Math. 24.*

ne fidei Catholicæ hoſtes dicant: Vbi eſt Deus Catholicorum.

Dicemus cum Dauid. Pſal. 3. Multi dicunt animæ meæ, Non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Tu autẽ Deus ſuſceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

Et Pſal. 11. Saluum me fac Deus, quoniã defecit Sanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominũ. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt? Verùm quid ſubiũgit ſcriptura? Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.

Zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Et reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo.

Ecce egò mittã vobis frumentum, & vinum & oleum; & replebimini eis; & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Plena conſolationis ſunt hæc benigni Patris noſtri verba. Quando Ethnici irriſores fatigati deſierint cõtemnere, tandem & ipſi contemnentur, inquit Eſaias cap. 33. Zelatur enim Deus terram ſuã, populum ſuum, Eccleſiam ſuam, quam habet in terra. Hanc terram benedixit Deus. In hac terra etiam ſunt Prophetæ, Doctores & Paſtores, qui fideles docent genuinũ ſenſum & conformem intellectum ſacrarum Scripturarum. In hac quoque terra eſt verus ille doctor Spiritus ſanctus, qui incolas huius terræ conſeruat

Epheſ.4.

ab

ab omnibus erroribus, educit etiam illos ex terra huius mortalis vitæ in terram vitæ æternæ.

Quando igitur Deus gentium illuſiones diu audiuit, & ad contumelias & ignominiam populi ſui continenter conniuit, tandem oſtendit zelum ſuũ aduerſus hoſtes Eccleſię: iuxta promiſsionem ſuam, Matth. 16. Portę inferorum non pręualebunt aduerſus eã: eſt enim columna & fundamentum veritatis. Non derelinquã vos, ſed ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſæculi. Math. 28. Non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, nõ eſt conſilium contra dominum. *D*urum eſt hoſtibus contra ſtimulum calcitrare etc. *Pſal.* 124. *Prou.* 21. *Act.* 9.

Sanctum illud verbum ſuum à mordacibus canibus facilè conſeruabit, & nobiles diuinorũ ſacramentorum margaritas ab immundis porcis tuebitur. Quin & Eccleſiam ſuã à Gentium truculentia potenter conſeruabit, ne dicat inimicus: pręualui aduerſus eam. Hoc facit zelus domini. Deus enim eſt Deus zelotes, qui orthodoxos ſeu veros fideles ſibi ſponſauit, per vnicam, veram & chriſtianam fidem, Oſeę 2. Spirituales paranymphi ſunt prophetę, Apoſtoli, *D*octores & *P*aſtores, quos dominus Eccleſię ſuæ dedit àc dereliquit. Epheſ. 4. Deſpondi vos vni viro, inquit *P*aulus, virginem caſtam exhibere Chriſto. Nuptię celebratę ſunt in baptiſmo, in quo anima fidelis facta eſt ſponſa Chriſti, qui dedit ac donauit ei, atque adeò participem fecit largiſsimorum bonorum iuſticiæ, *Matth.* 7. *Pſal.* 12. *Exod.* 20. 1. *Cor.* 11. *Rom.* 8. 1. *Cor.* 1.

ſanctificationis & redemptionis, gratię ſacramentorum, promiſsionis vitæ æternę, etc. Vult præterea ſibi vt ſoli ſeruias, ſe adames, ſibi ſoli complaceas per catholicam & viuam fidem.

Matt. 4.

Si igitur veniunt aliqui, qui à nobis receſſerunt, peregrinis & varijs doctrinis & erroribus, à fide ſponſi tui te ſeducentes & auerſum reddentes, id neutiquam ſuffert Chriſtus vnicus Eccleſiæ ſponſus, ſed zelatur pro ſponſa ſua, iuxta promiſsionem ſuam. Eiuſmodi plantationem per ſpiritum ſanctum eradicat vt areſcat ad ignem. Sic multę fuerunt hæreſes & errores, verùm non nimis diu eos ſiuit excreſcere dominus, Matth. 16.

Heb. 13.

Matth. 9.

Matth. 15.

Hunc diuinum zelum perſenſerunt Arrius, Donatus, Iouinianus, Aërius, Fauſtus, Vigilãtius, VViclef etc. & omnes quoquot erronea, priuata, & arroganti doctrina oppugnârunt ſponſam Chriſti, ſuntque eradicati, arefacti & euerſi vnà cum doctrina & memoria: & ſi quis eos commmemoret, eſt tamen eorum memoria ſempiterno anathemate damnata. Quocircà Patres orthodoxi vnanimi ſententia ex inſtinctu Spiritus ſancti, in concilijs pronunciarunt. Qui hoc aut illud cum vniuerſa ditione Chriſtiana non fuerit confeſſus, Anathema ſit.

Sectarum memoria anathemate dãnatæ.

Pſal. 33.

Eos porrò qui hoc pacto ante mille annos à ſacris & œcumenicis concilijs anathematizati ſiue damnati ſunt, ſancti Patres, Auguſtinus, Epiphanius, Philaſter etc. vt nos commonerẽt, bona ex parte fideliter annotârunt ac deſcripſerunt.

Tametſi nunc in nouiſsimis hiſce temporibus,

bus, plurimi errores, à quibuſdam, qui votum monaſticum & ſacerdotium peruicaciter deſeruerũt, ex inferis reducti ſint. Anabaptiſtę renouârunt hæreſim Donatiſtarum. Lutherus eiuſque aſſeclæ reduxerunt iam olim damnatam Neſtorij hæreſim in contemptum ſacrorum conciliorum, errores Vualdenſium in deriſum ſacramenti confirmationis. Inſuper & Lamperianorum hæreſim reſuſcitârunt in contumeliam votorum monaſticorum: hæreſim Vigilantij in damnãdo inuocationem ſanctorum: hæreſim Manichæorum in contemptum liberi arbitrij: hæreſim Iouiniani ad imminuendam virginitatis dignitatem, quaſi non maioris meriti ſit, quàm coniugium: hæreſim Aërij in deſpectum ieiunij: hæreſim Eunomij in peruerſo dogmate, Quod ſola fides ſaluum faciat: errorem Græcorum in aſpernando purgatorio, & criminanda Chriſtiana & catholica communione alterius ſpeciei: errorem VVicleffi in ludificanda Tranſſubſtantiatione, id eſt, conuerſione panis & vini in verum corpus & ſanguinem Chriſti in altari etc.

Sectæ plurimas hæreſes damnatas ex inferis reduxerunt.

Tametſi iam huiuſmodi & horum ſimiles errores iam olim execrati ac damnati, nunc denuò ab ijs qui à nobis exierunt, reſuſcitentur (quod Deus propter peccata noſtra permittit) illi tamen omni ſua vi & induſtria veritatem ſanctæ Eccleſiæ inuoluere aut opprimere non poterunt: zelatur enim dominus terram ſuam.

Matth. 16.

Si autem Eccleſię hoſtes in faſtu & peruicacia ſua perſtiterint, horribilem illum Dei zelum videbunt & perſentient in nouiſsimo die,

 quando

quando emiſſurus eſt angelos ſuos vt congregent omnia ſcãdala, & illos qui mala fecerunt, nec pœnitentiam egerunt, & mittant in çaminum ignis, Matth. 13. Tunc melius eſſet illis hominibus ſi nati non fuiſſent.

Hæreſes cur Deus permittat. Ac tametſi quidem dominus zeletur Eccleſiam ſuam, nihilominus hæreſes, anguſtias & neceſsitates terræ ſuæ obuenire permittit, quæ tamen veris fidelibus (quos nouit Deus) noxia aut damnoſa non ſunt. Roman. 8. Nihil damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, & diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. *Rom. 8.*

Nec omnino quicquam mali Deus euenire permittit, quin aliquid inde boni proueniat. Sic per hæreſes probati manifeſti ſunt ad coronam vitæ, Iacob. 1. 1. Corinth. 11. Paſtores, Præpoſiti, Antiſtites & Rectores Eccleſiæ vigilantiores, diligentioresque redduntur in curandis ſubditis ſuis, ne ſectarum lupus irruat. Conſiderant enim ſe rationem reddituros pro commiſſo grege. *Heb. 5.* Prædicatores quoque magis ſeduli efficiuntur in ſtudendo populum admonere, docere, arguere, conſolari. Inſuper pij chriſtiani eò crebrius ac deuotius in cœlum clamitant, ne Deus ipſos inducat in tentationem. Item, vt fideles videant triumphum & victoriam ſanctę Eccleſiæ, aduerſus omnes inferorum portas, atque ita promiſsioni *Dei* eo firmiùs & ſolidiùs adhæreant. Vt præterea fidelis eo ſtudioſiùs ſe in arca chriſtianæ Eccleſiæ conſeruet ad ſalutem ęternam, dum conſpicit ex noua

& erronea doctrina nihil aliud naſci quàm bella, ſeditiones, inobedientiam, contemtum legitimę & præeminentis poteſtatis, populorum & prouinciarum vaſtationes, omnem leuitatem & malam conſcientiam etc. vt fidelis malam arborem ex venenatis fructibus agnoſcat, & caueat ab ea, Matth. 7. Vt denique mali & impœnitentes maioribus peccatis puniantur: vt qui in peccatorum ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc ad maius ſupplicium. Sic nemo mortaliũ ab obediētia Eccleſię peruicaciter deficit, quin priùs grauiori pręuaricatione & peccato in irã dei ſe demerſerit, quod graue peccatum, grauiori peccato punitur. *2. Cor. 5.* *Matth. 7.* *Apoc. 22.* *Nota.*

Audiuimus igitur veram & Propheticam conſolationem, quòd Deus, qui nos in hęreditatem ſuam elegit, vnicæ & catholicę fidei hoſtibus indulturus non ſit, vt erroribus ſuis ſanctæ Eccleſiæ præualeant, ſed zelo ſuo potenter & victorioſè eradicabit, quod citò admodum fieret, ſi nos ad meliorem frugem reuerſi, deuotis precibus Deum inuocaremus. Ipſemet enim Deus dixit Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Derelinquat impius viam ſuam, inquit Eſaias, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius. *Eſa. 55.*

Omnes dictitamus, horribilem imminere vindictam, omnes ſtatus ſe peruertiſſe, omnia grauia & atrocia peccata inualeſcere, vnicam fidem, Sancta Sacramenta, puram catholicamque doctrinam rideri & exibilari: Maliciam Sodomitarum, quam Ezechiel deſcribit

capite 16.planè in motu eſſe ſuperbiam, pompas,faſtum, auaritiam, adulterium, blaſphemiam,inobediētiam,immiſericordiam, ſecretas & irreconciliabiles inuidias,odia, etc. augeſcere. Et quemadmodum tempore Noë omnes homines corruperūt viā ſuā, abundat quoque iniquitas,dicente Chriſto,Matth.24.& refrigeſcit charitas. Subinde monemur per irim, vt aqueum in ea colorē conſpicientes, præteritæ illius horribilis vindictæ recordemur: atque itidem futuri ſempiterni ſupplicij,per colorem igneum. Ad hæc plurima portenta & prodigia videntur, quæ non ſine peculiari aliqua denotatione eueniunt. Regnorum quoque diuiſiones propter diſcordias ac diſsidia noſtra Chriſtus nobis præſagit,adeò vt etiam à nobis auferatur regnum Dei, & detur Genti facienti fructus eius: regnum enim à gente in gentē transfertur propter iniuſticias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos,Eccleſiaſt.10.et tamen nemo eſt,qui emendari ſuſtineat,tam Eccleſiaſticus quàm ciuilis. Quilibet ſe excuſat,inquiēs, Abſque peccato & innocēs ego ſum. Putamus, ſi dixerimus: parce domine: iam tum rem omnem expeditam.

Geneſ.6. *Matth.22.* *Hier.2.*

Sed haud ſanè verbis illud peragitur. Ait enim Dominus Luc.6.Quid vocatis me domine domine,& non facitis quæ dico?& Mat.7.Non omnis qui dicit mihi domine,domine,intrabit in regnum cœlorū; ſed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Nam ſi pater ego ſum,vbi eſt honor meus?& ſi dominus, vbi eſt timor meus,inquit Deus,Malachiæ 1. Hi con-

fitentur ore ſuo, cognoſcunt Deum, & factis eum negant. Tit.1. Fruſtra vociferamur, templum domini, templum domini, ait Deus Hieremiæ 7. Cor enim eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. *Pſal. 77.* Quid eſt ore vociferari. Parce domine, atq; eodem ipſo Deum & Sacramenta eius blaſphemare? Quid eſt ore Deo velle recõciliari ad gratiam, & eodem Deum offendere & proximum ſcandalizare ad ſempiternam iram? ore dicere, parce domine: corde verò & mala vita percute domine. De his loquitur Dauid. Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. *Pſal. 91.* Hi quando clamauerint ad Deum, non exaudiet eos: manus enim illorum plenę ſunt ſanguine. Si iniquitatem aſpexi in corde meo, inquit *Eſaiæ 1.* Dauid, non exaudiet dominus. Quocirca quilibet inuocans nomen domini, ſubtrahere ſe debet à peccato. *Pſal. 65.*

Quando igitur graues afflictiones præ foribus ſunt, clama ore, corde & cum emendatione vitę ad Deum, & paternũ ſuum zelum erga te declarabit, orationem tuam exaudiet, peccata ignoſcet, & ſaluum te faciet.

Quamuis Deus multos Pſeudoprophetas propter peccata ſuper populum ſuum permiſerit, qui populum falſa & erronea doctrina à puro Dei cultu abduxerint: quam abductionem vaſtatio totius Iudaicæ prouinciæ per externos ac Gentiles Reges ac Tyrannos in concremando, diripiendo, profligando & iugulando ſubſecuta eſt. Cæterum cùm primùm à criminoſa vita ſua ad Deum ex corde con-

uerſi, humili precatione ad Deum clamabant, exaudiuit ipſos, & per Prophetas conſolatus eſt, ipſos quoque Pſeudoprophetas ac Tyrannos peſſum ire permiſit. Pſalm. 106. Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſsitatibus eorum liberauit eos. Et Pſal. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Largiebatur illis Hieremiam in Iudæa, & Ezechielem in Babylonia.

Sic tametſi multi errores & hæreſes fuerint, ex quibus ærumnę, vaſtationes populorum ac prouinciarũ ſuppullulârũt ac ſubſecutę ſunt, quando tamen populus cum emendatione vitę in cœlum clamauit, exaudiuit eos Deus & pacem Eccleſię ſuę contulit.

Et quantumuis multæ iam hæreſes propter peccata noſtra Deus aduerſum nos permittat, ſi tamen vita in melius cõmutata, ad Deum toto ex corde conuertamur, paratus etiamnum erit zelum ſuum erga S ecclesiam ſuã oſtendere, & puram ſanamq; doctrinam & fideles paſtores nobis tribuere, qui errores euellant, vt pax & veritas ſit in diebus noſtris.

Aç tametſi mendaciorum architecti omnem vim & verſutiam ſuam aduerſus vnicam & Catholicam fidem exerceant & vſurpent, veritatem tamen non oppriment, nec S. Eccleſię pręualebunt, quę eſt columna & firmamentum veritatis, vt iuſtificetur Deus in ſermonibus ſuis, qui promiſit ſe cum Eccleſia ſua futurum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. Matth. 28.

Pſal. 50. 1. Tim. 3.

Facilè Deus falſis doctoribus ad tempus con-

niuet,

niuet, permittit illis ſuam peruicaciam. Verùm ſi nos pœnitentiam egerimus, tandem apparebit Deus cum auxilio, conſolatione ac triumpho, & Eccleſiæ antidicos præcipites dabit. Iratus pater, ſi filium emendari conſpiciat, proijcit virgam in ignem.

Ad Pharaonis pertinaciam diu conniuebat Deus, tandem verò ipſum & Principes eius in rubro mari ſubmerſit. Simili modo diu audiuit blaſphemias Sennacherib & Centurionis eius Rabſacis, quos demum in furore & ira ſua per angelum ſuum horribiliter vindicauit. 4. Reg. 19. *Exod. 14.*

Holophernis ſuperbia ridẽda morte terminata eſt: Qualem ſortitus ſit exitum Eccleſiæ hoſtis Arrius, deſcribit Euſebius lib. 10. cap. 13. Hæreſes Donati, Fauſti, Heluidij, Aërij, Vigilãtij, Nouati etc. tametſi aliquamdiu durauerint demum tamen euulſæ ſunt & exaruerunt: zelatur enim dominus terram ſuam. Inſuper & omnes aduerſariorum Eccleſiæ libri, quos aduerſus vnicam fidem conſcripſerunt, aboliti ſunt ac deperierũt. Quicquid Arrius, Donatus, Fauſtus, Aërius, Vigilantius &c. ſcripſerunt, id totum ſubmerſum & ſubuerſum eſt: quia omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Matth. 15. *Iudit. 13. In hiſtoria Eccleſiaſtica & in tripartital. 3. c. 10.* *Sectarũ libri penitus obliterantur.*

Orthodoxorum verò Patrũ lucubrationes, qui ante annos mille quingentos mille octingentos, quadringentos &c. pro aſſerenda tuẽdaque vnica, Catholica & chriſtiana fide in cũctis vniuerſi orbis plagis ſcripſerũt, in toto orbe Chriſtiano vſurpantur, imò planè eleganter

Priſcorum catholicorũ doctorum libri nunc prodeunt.

& politè ab integro excuduntur, vtpotè Ignatij, Dionyſij, Irenæi, Cypriani, Baſilij, Athanaſij, Hilarij, Damaſceni, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Chryſoſtomi, Cyrilli, Fulgentij, Gregorij, Bedæ, Bernardi etc. Præterea nunc primù complurium priſcorum Sanctorumque Patrũ libri producuntur, qui partim antè nunquam excuſi fuerunt, qui omnes vnicam Catholicáque fidem conteſtantur, veluti, Martialis, Iuſtini, Maximi, Thalaſſij, Nicephori, Olympiodri, Iuſti, Salonij, Philonis, Chromatij, Albini, Athenagoræ, Bertrami, Lanfranci, Optati, Marij, Victorini, Theophili, Idacij, Clari, Procli, Vincẽtij Lirinenſis, Cerealis etc. ex quibus ſyncerus Chriſtianus ad fidei conſtantiam & Sectarum fugam meritò cõmoueretur. Zelatur enim dominus terram ſuam.

Sequitur latiùs, Et pepercit populo. O conſolatorium ſermonem, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum ſaluos facere peccatores. 1. Tim. 1. Pariet (Maria) filium, & vocabis nomen eius Ieſum, inquit Angelus ad Ioſeph: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Matth. 1. Hoc eſt verbum Euangelicum, quod parſurus eſt Deus populo ſuo. Niſi Deus nobis peperciſſet, vbi eſſemus nos miſerabiles peccatores? Niſi quia Dominus adiuuit me, inquit Dauid Pſal. 93. paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

Nam ſi iniquitates obſeruauerit dominus, eaſque prout commeruimus punire, voluerit, quis ſuſtinebit? Dei igitur miſericordiæ ſunt, quòd non ſumus conſumpti. Cur Deus repro- *Tren. 3.*

miſsio-

miſsionem fecit de ſemine mulieris, quòd cõ-
tereret caput ſerpẽtis? Pepercit populo ſuo. Cur
Noë cum ſeptem animabus à diluuio, & Loth Geneſ.3.
cũ duabus filiabus ab incendio prę̨ſeruati ſunt?
Pepercit populo ſuo.

Cur Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, etc. Deo Geneſ.7.
accepti fuerunt? Deus pepercit.

Cur Deus homo factus, in cruce mortuus etc? Geneſ.17.
Pepercit populo ſuo.

Cur inſtituit Chriſtus ſeptẽ ſacramenta? cur Epheſ.5.
Apoſtolos ad prędicandum Euangelium in or-
bem vniuerſum emiſit? Cur fidelibus repro- Ioan.3.
miſit vitam æternam? Omnia idcircò, quia par-
cit Deus populo ſuo. Cur tardat dominus vin-
dictam ſuam? parcit nobis. Cur Sancti per fidẽ 2.Petr.3.
vicerunt regna, operati ſunt iuſticiam, adepti
ſunt repromiſsiones? Deus illis pepercit. Quia
igitur Deus parcit populo ſuo, ſciendũ eſt, quis
ſit populus eius. Nõ enim eſt populus eius qui
eum negaturus eſt, Daniel. 9. Iudæi, Turcæ, &
omnes quotquot Chriſtum viuum Dei filium, Populus Dei
& promiſſum totius mundi Seruatorem non quis ſit.
confitentur, eius populus non ſunt.

Iudæi fuerunt populus Dei, verum propter
incredulitatem ex oliua exciſi ſunt in maledi-
ctum ſempiternum. Nos verò gentes per gra-
tiam Dei & verbum Euangelij ſumus electæ,
vocatę in populum Dei, & per fidem ac Baptiſ-
mum collocatæ ſumus in hæreditatem filiorũ
Dei. Oſeę 2. Dicam non populo meo, Populus
meus es tu &c.

Illi autem ſunt populus Dei, qui ſunt in ar-
ca Chriſtianæ Ecclesiæ, habentes vnicã Catho-
licam

licam & chriſtianam fidem,quæ per ordinariā ſucceſsionem ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus peruenit vſque ad nos, quæque per miracula & Sancta Concilia probata eſt,& quam profitetur vniuerſus orbis Chriſtianus.

Qui etiam habent conformem vſum Sacramentorum conſimilemque ſenſum & intellectum ſacrarum ſcripturarum.

His ſignis dinoſcitur populus Dei. Qui eiuſmodi puram doctrinam,quam audiſtis,ab initio non profitetur, inter populum Dei cenſeri non poteſt.

1.Ioan. 2. Tales à nobis exierunt, inquit Ioannes, ſed non erant ex nobis.

Qui vnicam, Catholicam & Chriſtianam fidem non obtinent, neque conformem Sacramentorum vſum, nec habent conſentientem ſacrarum ſcripturarum intellectum, non ſunt populus eius.

Nulla eſt fidei conſonantia inter ſectas: vna ſe Euangelicā nuncupat contra fidem Catholicam: Alia Zuinglianam ſeu Oecolampadianā ſe appellat. Quidam Sectariorum ſunt Anabaptiſtæ ſiue hortulani fratres. Quidam Suenclfeldiani. Quædā ſectę dicunt: hîc eſt Chriſtus, aliæ, hîc eſt Chriſtus: Tertiæ, hîc eſt Chriſtus: quēadmodum grauiter nos ab hiſce Sectis monet Chriſtus, vt in vnitate fidei conſtantes perſeueremus, nec exeamus ex arca Chriſtianæ Eccleſiæ. Matth. 24.

Garten. bruder.

Quàm perniciales ſint apud Sectas diſcordiæ in diuidendis & criminandis ſeptem Sacramentis, palam eſt toti mundo. De eo ſuprà quo-

quoque diximus. Quidam dicunt ſub & cum pane eſſe corpus domini. Quidam dicunt ſignificare corpus. Quidam ſpiritum ex eo faciũt. τὸ, τοῦτο, & illud, hîc, ita fingunt, vt ætate ſit corpus, hyeme figura. In æde cõcionatoria eſt corpus & ſanguis domini, in domo æditui denuo panis eſt & vinum, vt antè. Tempore antemeridiano eſt corpus. pomeridiano panis. O atrocem leuitatem. Quibuſdam in locis habentur Miſſę Germanicę adhibitis luminaribus. Albis ſeu liniſtolijs, & veſtibus ſacris &c. & dicitur probè Euangelicum: alii papiſticum eſſe dicũt, & execrantur eiuſmodi cæremonias, & tamen ſequoque verè Euangelicos appellant. Quidam in Eccleſijs ſuis Diuorum & crucifixi habent imagines, & ſunt Euangelici: Alii qui itidem & ſe Euangelicos nominant, diruunt eas ligonibus & ſecuribus, confringunt & concremant &c.

Verum quia Spiritus ſanctus, eſt ſpiritus pacis & concordiæ, quem illum dicemus atrum dęmonem, qui vſqueadeò ſecum diſſidet? 1. Cor. 14.

De diſſona ſcripturarum explicatione ſuprà quoque diximus. Pręterea notum eſt vniuerſo orbi, quam diſſonè & contrariè ſcripturam interpretentur hæretici.

Sectæ peruertunt ſcripturas. Vnus hoc modo, alter alio modo exponit, quęlibet Secta in rem ſuam: neceſſumque eſt, vt ad quorumuis nouas, efficta & erroneas opiniones deſeruiat. Sic peruertebat Arrius ſcripturam ad ſuam hæreſim. Sic Heluidius vſurpabat ſcripturam contra virginitatem Mariæ Dei genitricis & perpetuæ virginis. Donatus

quoque

Donatus quoque torquebat ſcripturam ad ſuũ Anabaptiſmum &c.

Sic Iudæi Scripturis aduerſus Chriſtum vtebantur. Lutherus falſo vſurpat ſcripturam aduerſus Sacrificium Miſſæ. Vigilantius contra inuocationem Sãctorum. Arrius contra ſtatutos ieiuniorum dies. Zuinglius contra veritatem Sacramenti Altaris. Anabaptiſtę, ſiue Hortulani fratres aduerſus vnum ſacrũ Baptiſma. Itidem & Lamperiani allegabãt ſcripturas aduerſus vota monaſtica &c. Quid prodeſt vſurpare ſcripturas, vociferari, Scriptura, ſcriptura, & non habere genuinum ſenſum & intellectũ Scripturarum? Proinde hæretici populus eius non ſunt.

Populo ſuo. Chriſti fidelibus remittit Deus peccata per vſum Sacramentorum, quæ idcircò à Chriſto inſtituta ſunt, vt vulneratam animã
Lucæ 10. per virtutem paſsionis Ieſu Chriſti ſanent in vitam æternam. Quędam ad conſeruãdam ſanitatem & vberiorem Dei gratiam conſequẽdam pertinent. Si autem quis ex populo Dei, periculo aliquo vel morte præoccupetur, huic in neceſsitate per deſiderium percipiendi Sacramenta, gratia Chriſti communicari poteſt. Poteſtas enim Chriſti non eſt alligata ſacramẽtis. Dicit quoque ſcriptura: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Sap. 4. Efficax ſanè hęc eſt conſolatio populo Chriſti fide-
1. *Theſ.* 5. li, quòd per Chriſtum remiſsionem peccato-
Philip. 2. rum habere poſsint, atque ſic per Sacramenta purgati, mundi & ſine querela intrent in cœleſtem patriam.

Illis

Illis verò qui populus eius non ſunt, peccata non remittit, ſed retinet illis in pœnam ſempiternam. Cuiuſmodi ſunt increduli. Qui non credit, iam iudicatus eſt, *Ioan.* 3. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo: ſed ira Dei manet ſuper ipſum. *Et* qui non audierit *E*cclesiã, id eſt, præſides & rectores *E*ccleſię, quos ſpiritus ſanctus *E*ccleſiæ ſuæ dedit in ædificationem corporis Chriſti. Epheſ. 4. Actorum 20. ſit tibi, inquit Chriſtus, Matth. 18. tanquam *E*thnicus & *P*ublicanus. Qui ſic ex nobis prodierunt, atque à nobis defecerunt, ab vnica & Catholica fide peruicaciter apoſtatantes ſingulareſque & erroneas opiniones eligentes, hi quoque remiſsionem peccatorum non habent. Nam extra Eccleſiam vnicamque & Catholicam fidẽ, nulla eſt ſalus aut remiſsio peccatorum. Cõfeſſio, Abſolutio, Euchariſtia etc. inefficax eſt extra Eccleſiam. Quicquid in Arca, in Chriſtiana *E*ccleſia non eſt, ſubmergi ac perire neceſſum eſt. Columba, per quam denotatur ſpiritus ſanctus, ramum oliuę, ramum, inquam, gratiæ & miſericordię *D*ei in ſolam Chriſtianę congregationis Arcam intulit, in qua Sacramenta ſuam habent operationem & efficaciam in vitam ęternã. De Sectarum verò *P*ręſidibus, qui quædam Sacramenta extra *E*ccleſiam vſurpãt, ſic dicitur ex reſponſione Cecilij à Bilta. *E*xorcizat ſacramentum dæmoniacus, interrogat cuius os & verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit Antichriſtus: benedicit à *D*eo maledictus, vitam pollicetur

Heb. 12. *Matth.* 18. *2. Ioan.* 2. *Gen.* 8.

tur mortuus,pacem dat impacificus, Deum inuocat blaſphemus, Sacerdotium adminiſtrat Prophanus,ponit altare ſacrilegus, antiſtes diaboli audet Euchariſtiam facere, etc.

Porrò ſi parcere illis debeat Deus,qui in vnitate fidei congregantur, & peccata remittere, gratiam quoque & vitam æternam elargiri,neceſſaria eſt pœnitentia:Niſi enim pœnitentiam egeritis,inquit Chriſtus,Luc. 13.omnes ſimiliter peribitis. Loquetur pacem in plebem ſuã, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.Eſa.45.Hæc dicit dominus,Conuertimini ad me & ſalui eritis.Eze. 18.Nolo mortem peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam:agam ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Zach. 1. Conuertimini ad me & conuertar ad vos.Chriſtus ideo mortuus eſt, & tertiâ die ſurrexit,vt prædicaretur in nomine eius pœnitentia & remiſsio peccatorum in omnes Gentes, Lucæ 24.

Fidelis peccator aget pœnitentiam. Pſal. 84.

Pepercit Deus Niniuitis, quia egerunt pœnitẽtiam,pepercit Achab, latroni in cruce, pœnitenti Magdalenæ, quia egerunt pœnitentiã.

Si verò aliqui ex populo Dei pœnitentiam non egerint, theſaurizant ſibi iram in die iræ, propter duritiam ſuã & impœnitens cor. Ro. 2. De his loquitur Eſaias 22. Vocat dominus ad fletum & ad planctum, id eſt, ad intimã cõtritionem ſeu dolorem, ad caluitiũ, & ad cingulum ſacci,& ecce gaudium & lætitia,occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bi-

&bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hęc vobis, donec moriamini. Hęc dicit dominus exercitum. 1. Cor. 15.

Habet Deus inter fideles ſuos bonos & malos. In arca ſunt munda ſimul & immunda animalia. Sunt prudentes & fatuæ virgines in regno cœlorum. Itidem boni et mali ſunt piſces in ſagena. Matth. 13. Boni & mali Chriſtiani apud Corinthios. 1. Cor. 5. Qui igitur ex corde Deũ quæſierint, inuenient eum: qui autem dereliquerint eum, derelinquet eos. 2. Par. 15. Elegerat Deus Iſraëlitas in populũ ſuũ, ex Ægypto eos per mare rubrum jn deſertum per Moyſen deduxerat, terrá quoque promiſsionis promiſerat: Verum cũ Deo obmurmurarent, Deoque & Moyſi eſſent immorigeri, pleni prauo reuertendi in Ægyptum deſiderio, iratus eſt Deus in populum ſuum, & proſtrauit eos in deſerto, vt ex ſex virorum millibus non plures duobus in Palæſtinam peruenerint, nimirum Ioſue & Caleph. 1. Cor. 10. Pſal. 94.

Geneſ. 7.

In populo Dei mali ſunt & boni.

Populo Dei itaque neceſſum eſt, ſi Deus illis parcere debeat, vt per bona opera vocationẽ & electionem ſuam certam faciat. 2. Pet. 1. Apparuit gratia Dei et ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, inquit Apoſtolus. Tit. 2. erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos

redimeret ab omni iniquitate,& mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Chriſtus enim iuſtus iudex reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Mat. 16.

Pſal. 16. *Sequitur: & reſpondit dominus, & dixit populo. Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleum & replebimini eis, & nō dabo vos vltra in opprobrium in Gentibus.*

Duo nobiſcū loquitur Deus. Quid reſpondet dominus populo ſuo? Locutus eſt Deus, inquit Dauid Pſal. 61. duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine miſericordia. Miſericordiam illis declarat, qui timent ipſum & pœnitentiam agunt.

Potentiam oſtendet impœnitentibus in nouiſsimo die. De duobus hiſce Dei eloquijs inquit Dauid Pſal. 100. Miſericordiā & iudicium cantabo tibi domine.

Sic reſpondet hîc in tempore acceptabili dominus in ſua miſericordia pœnitentiæ peccatoris, emendationi vitæ illius, deuotæ & humili orationi eius puroque deſiderio ipſius. Reſpondet, inquā, remiſsionem peccatorum, gratiam & donationem vitæ æternæ. O Beatum, conſolatorium & bonum reſponſum quod Deus dat humili & pœnitenti peccatori. Si clamat, exaudit illum: ſi quęrit, inuenit: ſi petit, accipit: ſi pulſat, aperitur ei. Lucę 11.

Sic dicit dominus per Eſaiam Prophetam cap. 58. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange eſurienti panem tuū, & egenos vagoſq; induc in domum tuam, cùm videris nudum

operi

operi eum,& carnem tuam ne diſpexeris. Tūc erumpet quaſi mane lumen tuum , & ſanitas tua citius orietur , & anteibit faciem tuam iuſticia tua,& gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet:clamabis , & dicet. Ecce adſum etc.

Sic Deus Dauidi peccatum humiliter agnoſcenti bonum dabat reſponſum per Nathan. 2. Reg. 12. Cùm enim diceret Dauid, Peccaui Domino : reſpondit Nathan , dominus quoque tranſtulit peccatum tuum,non morieris.

Rex Achas cùm humiliaret ſe coram Deo, bonum ei adferebatur reſponſum per Heliam. Cùm enim ſcinderet veſtimenta ſua , & operiret cilicjo carnem ſuam , ieiunaretq; & dormiret in ſacco, & ambularet demiſſo capite , Factus eſt ſermo domini ad Eliam,dicens. Nonne vidiſti humiliatum Achas coram me ? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa,non inducā malum in diebus eius etc. *3*. Reg. *21*.

Rex Ezechias cùm audiret ſe moriturum, conuertebat faciem ſuā ad parietem, & orabat ad dominum,& flebat fletu magno. Et factum eſt verbum domini ad Eſaiā dicens, Vade & dic Ezechiæ. Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas,ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos etc. Eſaiæ 38. Eiuſmodi bonum reſponſum audiebant Niniuitæ , cùm agerent pœnitentiam & conuerterentur ad Deum. Ionæ 2.

Chriſtus latroni in cruce confitenti & petenti vt ſui recordaretur , bonum & conſolatorium

dabat reſponſum: Hodie mecum eris in paradiſo Lucæ 23.

Diua quoque Magdalena pœnitentiæ operatrix admodum præclarum audiebat reſponſum, Fides tua te ſaluam fecit, Vade in pace. Lucæ 7.

Sic quia non vult Deus mortem peccatoris, reſpondet humili peccatori, pœnitentiam agẽti, per ſuos Prophetas, Apoſtolos, per Eccleſiã, per verbũ Dei, per ſacerdotes, qui diuinorum ſacramentorum ſunt diſpenſatores, de quibus dixit Chriſtus Lucę 10. Qui vos audit me audit: qui habent verbum reconciliationis. 2. Cor. 5. Ad quos Chriſtus dixit. Ioan. 20. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis etc. Quique per verba, virtutem & mandatum Chriſti corpus eius in altari conficiunt etc.

Hieronymus ad Heliodorum.

Hi quoque vocãtur os Dei. *E*ſaiæ 30. Os meũ non interrogaſtis. Hos dedit ſpiritus ſanctus in ædificationem ſuę eccleſiæ. *E*pheſ. 4. Qui hos non audierit, reputabitur pro Ethnico & Publicano. Matth. 18.

Sic reſpondebat Chriſtus Saulo per Ananiã. Actor. 9. Centurioni *C*ornelio reſpondetur per *P*etrum. Actorum. 10. Philippus reſpondebat œconomo Candacis reginæ. 8. Actor.

Infirmus presbyterum inducere iubetur, qui reſponſum illi daturus eſt in nomine domini etc. Iacob 5. Deus planè cupidus & paratus eſt miſero & humiliter pœnitentiam agenti peccatori bonum dare reſponſum in diebus ſalutis, in tempore miſericordiæ.

2. Cor. 6.

Quale

Quale fuerit cor tuũ, tale præbet tibi dominus reſponſum. Malicioſi Phariſęi falſo & ſubdolo corde Chriſtum interrogabant: reſpondit illis dominus: væ vobis: vos ex patre diabolo eſtis. Ioan. 8. Sic ſuperbo tuo cordi reſpondet Deus: Qui ſe exaltat humiliabitur. Vidi Satanã, inquit Chriſtus, de cœlo cadentem ſicut fulgur. Luc. 10. Si igitur Deus ſuperbiẽti angelo nõ pepercit, vtique & tuum ferociens cor proſternet. *Quid malis reſpondeat Deus.*

Illi qui inuidiam & odium fouet, reſpondetur, Qui fratrem ſuũ odit, homicida eſt, eſt in tenebris, eſt ex diabolo. 1. Ioannis 3.

Perduelli & Magiſtratum deſpicienti reſpõdetur: qui poteſtati reſiſtit, damnationem ſibi acquirit. Rom. 13. Tumultuoſo & diſcordioſo gladiatori reſpondetur: Qui acceperit gladium (nimirum citra legitimam poteſtatem aut mãdatum) gladio peribit. Mat. 26. Auaro reſpondetur, Auaritia eſt idolorum ſeruitus, nec habẽt partem in regno *Dei. E*pheſ. 5. Gal. 5.

Adulteris & fornicatoribus reſpondetur, Deũ eos iudicaturum in nouiſsimo die. Heb: 13.

Simili modo audiũt impœnitentes, Niſi pœnitentiam egeritis peribitis. Lucæ 13.

De his loquitur Deus Ezech. 20. Viuo ego, quia non reſpondebo vobis. Et per Michæam Prophetã cap. 3. Hæc dicit dominus ſuper Prophetas, qui ſeducũt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacẽ, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum pręlium. Sed confundentur, quià non eſt reſponſum Dei.

Audimus hic Deum non reſponſurũ in gra-

tia & miſericordia ſua Pſeudoprophetis, qui
Hier. 23. populum ſeducunt & prędicāt pacem vbi non
eſt pax, qui ſeditiones & diſsidia concitant: qui
mordent dentibus populum, id eſt, qui falſa &
peruerſa doctrina orthodoxos rodūt, mordēt,
ſauciant, enecant, ex Arca Chriſtianæ Eccleſiæ
abducunt ad lupos rapaces: de quibus Chriſtus
Ioan. 20. & Paulus Actor. 20. O quàm venenatus
eſt ille morſus lupinus, cùm aiunt: Sola fides
iuſtos & beatos efficit.

Morſus lupinus.

Sic immanis eſt morſus lupinus, quando inquiunt
hęretici: Sacramentalem cōfeſsionem, quę Deo fit & Sacerdoti eſſe Papiſticam.

Eſt & noxius ac periculoſus lupinus morſus, cùm dicunt, Miſſæ ſacrificium eſſe abominationem.

Quàm prætererea peſtilens eſt ille morſus lupinus, dū canunt & vociferātur, Alles vnſer thun iſt vmb ſunſt vnd vergebens, auch in dē beſten lebē gute vverck ſein vnſere ſund. id eſt, Omnia opera noſtra ſunt fruſtranea vel in optimâ vitâ bona opera noſtra ſunt peccata.

Admodum dirè etiā mordent hi lupi monaſticos & ſacerdotes, dū clamitant Sectàrij: Vota monaſtica eſſe nugas & deliramenta.

Hi mordaces lupi diſgregāt oues, graues turbas & diſsidia excitantes, implicāt, criminantur & calūniantur omnia ſtatuta & obſeruationes Eccleſię. Interficiūt animas quę nō moriuntur, & viuificant quæ non viuunt. Ezech. 13. His Deus reſpondere non vult: nam extra S. Eccleſiam nullum eſt ſalutis reſponſum.

Chriſtus quoque in extremo die incredulis,

Sectis

Sectis & impœnitentibus peccatoribus aliud non dabit reſponſum(quantũuis diuinæ miſericordiæ ianuam pulſent)quàm, Ite,diſcedite à me maledicti in ignem æternũ. Ac tametſi quidam dicturi ſint domine nunquid in nomine tuo prophetauimus & dæmonia eiecimus?etc. nihilominus dicet illis dominus. Diſcedite à me operarij iniquitatis etc. Matt. 7.

Sed audiamus nunc, quale Deus reſponſum det populo ſuo, qui ad Deũ conuertitur per ſalutarem pœnitentiam & vitæ emendationem.

Ecce ego mittam vobis frumentum , & vinum & oleum etc.

Conſiderate hic dignitatẽ Dei ac domini noſtri, qui diues eſt in miſericordia & gratia, in omnes qui inuocant illum in veritate. Audite quam benignum & conſolationis plenum reſponſum det dominus. Pomittit illis qui ad ſe conuertuntur duplicia bona, temporalia & ſpiritualia. Nam præter tẽporalia promtttit quoque ſe daturum doctorem iuſticiæ & S. Spiritum etc. quemadmodũ ex hoc & ſequenti capite audiemus. Quemadmodum Deus peccatum vlciſcitur ſubtractione temporalium & ſpiritualium rerum : ſic iuſtis & pœnitentiã agentibus largitur benedictionem temporaliũ & ſpiritualium bonorum. Ait Dominus ad populum ſuum. Si me audieritis, ero Deus veſter, & inducam vos in terram bonã, redundabunt torcularia tua vino etc.

Epheſ.2. *Rom.10.* *Leuit.26.* *Deut.28.*

Sic & Paulus 1. Timot. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt , promiſsionem habens vitę quæ nunc eſt & futurę. Patiens erat Iob in omnibus affli-

ctionibus ſuis, inquiens: ago pœnitentiam in fauilla & cinere. *E*t conuerſus eſt dominus per gratiam ſuam ad pœnitentiam Iob, & duplicia bona reddidit. Quatuordecim millia ouium & ſex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinas. Inſuper & proles ei dedit, filios & filias, vixitque poſt ærumnam ſuam 140. annis. Chriſtus etiam quęrentibus regnum Dei & iuſticiam eius, promiſit non ſolum gratiam ſuam verum etiam temporariarum rerum ſufficientiam. Matth. 6.

Hæc dici poſſunt illa duplicia dona, de quibus *E*ſaias cap. 40. Hieruſalem ſuſcepit duplicia de manu domini, nempe, remiſsionem peccatorum, liberationem à lege Moyſi, & temporariam tutelam ac protectionem, vnà cum requiſitis naturę. Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictũ, nec ſemen eius quærens panem. Chriſtus interrogabat diſcipulos ſuos, Quando miſi vos ſine ſacculo & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Vbi obedientia Eccleſiæ, ibi bona pax & bonorum temporalium benedictio: vbi verò inobedientia Eccleſiæ & contemptus legitimæ poteſtatis, ibi ſequitur paupertas & miſeria, Ioan. 15. Si quis in me non manſerit, inquit Chriſtus, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Infideles Iudæi, qui Prophetas occiderunt & Chriſtum reiecerunt, puniuntur in corpore & anima. Subtractum eſt illis lumen gratiæ, verusque ſcripturarum intellectus: vident & cœci ſunt, audiunt

Luc. 22.

Spiritualis et temporalis pœna.

&

& non intelligunt. Laborant fame, non panis, ſed audiendi verbum domini, Amos 8. Domus eorum iacet deſerta, ſunt in maledicto ſempiterno, & ex olea exciſi, Ro. 11. Matt. 23. Ad hęc, ſunt ſerui & Romano Imperatori ſubiecti. Et hoc pacto cum illis agetur, donec perſentiant vindictam innoxij ſanguinis Chriſti, prout ſibiipſis imprecati ſunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Idipſum quoque denotat parabola, Matth. 22. Rex Iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit, quod per Titum & Veſpaſianum in Iudæa horribiliter factum eſt. *Matth. 18.*

Simili modo, qui ex vobis prodierunt, contemnentes vnicam & catholicam fidem, criminantes vſum ſacramentorum etc. niſi per Chriſtianam pœnitentiam in Arcam vnicæ fidei reuertātur fortè & ipſi diuinę indignationis vindictam experientur in corpore & anima.

De ſpirituali animæ pœna, inquit Chriſtus: Qui non audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus etc. Qui non eſt in arca Eccleſiæ Chriſtianæ, ad portum ſeu terrā patriæ cœleſtis peruenire non poteſt. *Matth. 27.*

Corporalem pœnam corām ob oculos conſpicimus, quâ Deus eos qui peruicaciter in factiones concedunt, vlciſcitur. Permittit bella, diſcordias, graſſantes morbos & mortes, famē, caritatem, graues animi ægritudines, exterminia ab omnium bonorum ſocietate & iucunditate etc.

Hæc eſt illa duplex contritio, de qua Hieromias

mias c. 17. Duplici contritione contere eos. Ab hac duplici contritione nobilis Germania in magnum tum corporis tum animę defectũ deuenit, theſauri & diuitiæ liquefactæ ſunt & perierunt. Viri repueraſcũt & priuato quæſtui inhærent, bona conſcientia & Dei timor receſſerunt, & non animaduertimus. Hæc eſt illa vindicta, de qua dicit Deus. Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.

Refert quoq; dominus de duplici vindicta, Matt. 18. Vę homini illi per quem ſcandalũ venit. Bonum eſſet illi, ſi non fuiſſet natus homo ille. De pœna corporis expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris.

Heb. 10. Quoniam igitur horribile eſt homini, incidere in manus ſeu vindictam Dei, meritò vos Dei benignitas & patientia ad pœnitentiã ſanctamque & iuſtam vitam commoueret, vt cõſolatorium reſponſum obtineatis. Pœnitentiam enim & chriſtianum laborem perpetuè ſequitur conſolatoria & benigna promiſsio. Cùm dixiſſet Chriſtus, Matt. 5. Beati pauperes ſpiritu, ſubiungit, quia ipſorum eſt regnũ cœlorum. De labore loquitur diſcipulis ſuis, Mat. 11. Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: deinde ſubnectit conſolatoriam promiſsionem: Et inuenietis requiem animabus veſtris.

Chriſtianũ laborẽ ſequitur conſolatio.

Sic Luc. 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ in tentationibus meis: deinde ſubijcit, Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meã

in

in regno meo: gloria enim & honor omni operanti bonum, Rom. 2.

Vbi verò nec pœnitẽtia nec Chriſtiani labores, ibidem nec ſequitur cõſolatio, ſed interminatio & ſupplicium. Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, Matth. 25.

Qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt, Galat. 5. Ira & indignatio omni operanti malum, Rom. 2. Chriſtus venturus iudex habet poteſtatem mittere animam & corpus in gehennam, Matth. 10.

Nunc audiamus quid Deus ſuo populo, iuſtis, inquam, & pœnitentiã agentibus promittat. *P*rincipio, vult ipſis benefacere. *D*einde malum aufert ab eis. Vult prorſus cumulatè ſine vllo defectu ipſis elargiri frumẽtum, triticum, ſiliginem, vinum & oleum &c.

Vult dominus abũdè multas fruges dare, quibus ſuſtentetur corpus: & doctorẽ iuſtitiæ, Spiritum ſanctum, quo paſcatur anima.

Omnia ſunt conſolationis pleniſsima: Ego mittam vobis frumentum, vinũ & oleum. Hæc ſuis famulis largitur *D*eus, nõ corporaliter dũtaxat, vt ſuprà diximus, ſed & ſpiritualiter.

Primùm vult dare populo ſuo frumentum ſiue panem verbi Dei. O magnam gratiã, quando *D*eus largitur ſanam, puram & catholicam doctrinam, & fideles paſtores, qui paſcant & nutriant nos ſcientia & doctrina: hoc eſt, qui doceant nos ſcientiã vnicę fidei, & doctrinam ſanctæ & iuſtæ vitæ. Scriptura enim eſt vtilis ad docendum, ad arguendum & corripiendum, ad erudiendum, vt perfecti ſimus & ſine quere-

Matt.4. *Hier.3.* *2.Tim.3.*

Philip. 2. querela in die domini.

Seminator huius frumenti eſt Spiritus ſanctus, doctor omnis veritatis, qui loquitur per *Ioan 16.* Prophetas, Apoſtolos, Euangeliſtas, doctores & *2. Pet. 1.* paſtores in ædificationem corporis Chriſti, Ephe 4. Nam ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Apoſtoli eorumq; ſucceſſores triticum verbi Dei fideliter ſeminârunt in *Panis verbi Dei.* vniuerſo orbe: ad quos dominus dixit Matth. 18. Ite docete omnes gentes etc. & Marci 16. Ite in orbem vniuerſum & prædicate Euangelium omni creaturæ etc. Ioan. 15. Ego elegi vos & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis & fructus veſter maneat. Niſi dominus tā præclarum ſemē reliquiſſet, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus, Eſa. 1.

Vinum venerabilium ſacramentorũ. Pſal. 103. Secundò, vult dare populo ſuo vinum. Vinū iſtud cor hominis exhilarans, eſt effectus venerabilium Sacramentorum, quæ ordine quodā & modo vſurpantur in Eccleſia, ad conſolationem & ſalutem fidelium.

Eſa. 12. Hi ſunt fontes Saluatoris, ex quibus in gaudio haurimus veram lætitiā in Spiritu ſancto, *Coloſ. 3.* pacem Chriſti, quæ exultat in cordibus noſtris, remiſsionem peccatorum, auxiliū diuinæ gratiæ, virtutem & robur faciendi bonum, & fugiendi malum, certitudinem conſciētiæ, repromiſſionem vitæ æternæ.

Matth. 28. Luc. 22. O vinum dulciſsimum, Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis, ſoluite, paſcite etc. Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus etc. In hoc corporis & ſanguinis Chriſti hauſtu, ſunt omnes the- *Col. 2.*

ſauri

ſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. In Chriſto habitat diuinitas etiam corporaliter. Hunc efficacem hauſtum inuenimus in venerabili ſacramento, quod ſacerdotes in virtute & mandato Chriſti in altari cõficiũt: hoc facite in mei commemorationem, Luc. 22.

Dixit prętereà ad ſuos œnopolas, quibus dedit ac demandauit verbum reconciliationis, 2. Cor. 5. Qui vos audit, me audit, *B*aptizate eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, vt ſint amici mei, filij & hæredes &c. *Luc.* 10. *Matth.* 28.

Hoc tam generoſum ac dulce vinum virtutis ſacramentorum, non eſt mixtum aqua ex ciſternis hæreticarum erronearumque opinionum, aut humanę, falſę ac vanæ conſolationis, ſed purum putumque ſcaturit ex Chriſto, ſeptem venerabilium Sacramentorum inſtitutore: Si verò vinum ſacramentorum ex calice meritorum Chriſti legitimè hîc biberimus, dabit nobis potandum ſanitatem ſummi & optimi boni in vita æterna, vbi dicturus eſt, Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſsimi, Cant. 5. Ecce ſerui mei bibent, etc. Eſa. *65*. *Eſa.* 1.

Tertio, dabit oleum. Oleum eſt ſumma charitas & miſericordia, quam Chriſtus electis ſuis exhibiturus eſt, quãdo per angelos animas eorum perduxerit ad gaudia cœleſtia & in nouiſſimo die eas reſuſcitaturus eſt in gloriam & fœlicitatem ſempiternam. *Oleum miſericordiæ & ignoſcentiæ* *Ioan.* 5.

Hoc oleo promiſsionis vitæ æternæ, & ſpei viuæ vngite crucem veſtram, veſtras chriſtiani laboris manus, & pedes affectuum ſeu concupiſcentiarum veſtrarum, ad ambulandum viã diuino-

diuinorum præceptorum, viam arctã quæ ducit ad vitam, Matth. 7.

Hoc oleum lenit omnem dolorẽ. Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſummum illud gaudiũ, quod pręparauit Deus diligentibus ſe, 1. Cor. 2. *Eſaię 64.* Sic vſurparunt hoc oleum in martyrijs & ſupplicijs ſuis ſancti Apoſtoli & Martyres, fuitque omnis dolor illis iucundus & ſuauis. Sanctæ virgines hoc oleum vſurparunt ad pudicitiam conſeruandam, quia norant verbum Dei. Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnũ Dei, Matth. 19.

Sancti confeſſores & omnes electi hoc oleũ in promptu habuerunt, operati ſunt iuſtitiam, dilexerunt inimicos ſuos, bonũ pro malo reddiderunt. Deum ex corde dilexerunt, momentaneam & caducam voluptatem & lętitiam fugerunt, crucem ſuã tulerunt, & ſecuti ſunt dominum in omni patientia &c. Charitas Dei & promiſsio vitę æternę alacres illos & expeditos reddiderunt ad ſeruiendum Deo in ſanctitate & iuſticia. Memores fuerũt illius Apoſtoli. Ro. 8. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et 2. Cor. 4. Id quod in pręſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternũ glorię pondus operatur in nobis, non contẽplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur etc.

Hebr. 11. *Rom. 12.* *Luca 1.*

Sed Dauid in omnibus tribulationibus ſuis recordatur domus domini. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domũ domini ibimus.

Stantes

Stantes erãt pedes noſtri, id eſt, deſideria noſtra in atrijs tuis Hieruſalem. Conſiderârunt illud Sancti martyres per inſtitutum Spiritus ſancti, qui clamauit in cordibus ipſorum, cùm immanibus tormẽtis excruciarẽtur, In domũ domini ibimus: quoniã per multas tribulationes oportet intrare in regnum *D*ei. Actor. 14. *Pſal.* 125.

*C*ùm vxor D. Petri Apoſtoli ad mortem pro Chriſti nomine oppetendã produceretur, acclamabat illi Petrus: O coniũx, memento domini: Quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ſcimus quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. 2. Cor. 5. *Euſeb. li. 3. c. 30. hiſt. eccl.*

Eodẽ modo vtere hoc viuæ ſpei oleo in omni anguſtia & neceſsitate tua, in omni tẽtatione & miſeria, refocilla & recrea te in Deo tuo Ieſu Chriſto, qui pro te mortem ſubijt, vt ſi credas in ipſum, diligas ipſum, patiens ſis & vſque in finem iuſtus, reddat tibi coronam vitæ. Aſpicite, inquit Paulus, Heb. 12. in authorẽ fidei & conſummatorem Ieſum, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes.

Verum diligenter attendite, ne generoſum hoc oleũ carnali licentia adulteretur aut miſceatur, vtpote faciunt illi, qui dicunt: Chriſtus vitam æternam promeruit & dare promiſit, non opus eſt in promerendo ſanctis & bonis operibus regno cœlorum eſſe ſolicitos. Quicquid enim facimus, fruſtraneum eſt; tametſi inculpatiſsimè viuamus: crede duntaxat, & ſaluus eris: nihil dãnat niſi infidelitas, & nihil ſaluificat niſi fides. Non conſiderantes, quòd

reddi-

redditurus eſt Chriſtus vnicuique ſecundum opera ſua. Matth. 16. quodque dixit Chriſtus. Matth. 19. Vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Maledicti enim qui declinant à mandatis tuis. Pſa. 118. *P*ræcepit quoque Deus Apoſtolis ſuis, vt credentes & baptizatos docerent ſeruare & facere omnia quę mandaſſet ipſis. Matth. 28. Pœnitentia & remiſsio peccatorum poſt paſſionem & reſurrectionẽ domini omnibus gentibus prædicari debebat. Luc. 24.

Cauete igitur à fœtido oleo Sectarũ quæ deprauatione ſcripturarum ignauum, leuem & inobedientem reddũt populum, ad omne bonum reprobum. Tit. 1. Molliti ſunt ſermones earum ſuper oleum *P*ſal. 54. Rom. 16. Per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium. De Sectarum quoque oleo loquitur Dauid Pſalm. 140. Oleum peccatoris non impinguabit caput meum. Et Eccl. 10. Muſcę morientes, perdunt ſuauitatem vnguenti. Non tantùm malę cogitationes inficiunt ſuauitatem bonæ & puræ conſcientię, verumetiam ſectæ, quæ meritò muſcæ Ægyptię appellantur, corrumpunt omnem ſuauitatem diuinæ & fraternę charitatis, dirimunt omnem amicitiam & pacem, homines erga ſe inuicem irreconciliabili inuidia & odio exacerbant, eoſque rebus fluxis prorſus intendere æternarumque obliuiſci faciunt.

Per hæc verba, quibus Deus populo ſuo dare promittit frumentum, vinum & oleum, diuiniſsimi etiam Sacramenti corporis & ſanguinis Chriſti quod nobis reliquit poſſumus admoneri. Nam vult quoque Deus populo ſuo

ſan-

ſanguinem & carnem ſuam dare ſub ſpeciebus panis & vini, ad robur & nutrimentum vitæ animæ in vitam æternam. Chriſtus ſeipſum nominat granum frumenti. Ioan. 12. & panem viuum, qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Ioan. 6. Hunc autem panem Chriſtus ex ſua omnipotentia, ſapientia, charitate & miſericordia nobis largitur, quæ per oleum denotantur. Hunc ſacratiſsimum cibum ſubtrahit nobis Deus, propter faſtũ, peruicaciam, faſtidium & peccata noſtra. prout hoc noui teſtamenti ſacrificiũ temporibus Antichriſti ad tẽpus ceſſabit, quemadmodũ *D*aniel hoc ipſum prophetauit cap. 11. Tametſi quidem iam nũc operetur Antichriſtus & reuelet myſteriũ iniquitatis. 2. Theſſ. 2 Quod autem ſublimiſsimũ hoc Sacramentũ apud nonnullos conuicijs & contumelijs proſcindatur & exterminetur, id noſtra malicioſa & impœnitenti vita erga Deũ ſummè commeruimus. Viuimus haud aliter ac ſpurciſsimæ ſues, & veluti immanes mordaces & ferocientes canes eoq; ſubducit nobis Deus ſanctum & precioſas margaritas, id eſt, virtutẽ & gratiã huius auguſtiſsimi ſacramenti. Quocirca apprimè neceſſarium foret, vt derelictis porcinis ſiliquis & aqualiculis carnalis, leuis & refractariæ vitæ noſtræ. per ſanctam & pœnitentialem vitam reuerteremur in domũ patris noſtri, ad verum, viuumque panem corporis & ſanguinis Chriſti, & ad ſuaue illud cœleſtis cõſolationis vinum, vt & nobis impertiretur in diebus ſalutis oleum miſericordiæ & gratiæ Dei.

Matth. 7.

Luc. 15.

Non dabo (inquit latiùs *D*eus per Prophetam) vos vltra opprobrium in Gentibus. Maximum eſt chriſtianis opprobrium quando Gẽtes ipſis flagitioſæ vitæ ergò illudunt. Veluti ſi nunc Turca ad nos diceret. O chriſtiani, vbi veſtra erga Magiſtrat⁹ obediẽtia? Vos domini vbi veſtra iuſticia in eos qui vos criminantur et cõtemnunt? Non punitis iuxta conceſſam vobis poteſtatem. Quocirca pernicioſa veſtra indulgentia efficitis, vt ſubditi vos ludificentur ac derideant. Itidem ſi dicant ad nos Iudæi: vbi veſter cultus diuinus? vbi veſtra erga Deũ gratitudo, quòd vos redemerit? vbi veſtra vita? vbi veſtræ orationes? vbi veſtra ieiunia et corporis caſtigationes? vbi veſtra charitas et miſericordia erga pauperes, fratres & ſorores veſtras? vbi veſtra in fide conſtantia? verſatiles eſtis & inſtabiles velut arũdo animo leuiſsimo, ſi quis noui aliquid doceat, creditis, deficientes à priſca fide quam maiores veſtri profeſsi ſunt ante aliquamulta ſęcula. Sic loquitur Deus ad populum ſuum Hiere. 2. Tranſite ad inſulas Cethim & videte, et in Cedar mittite, et conſiderate vehementer: et videte ſi factum eſt huiuſmodi. Si mutauit Gens *D*eos ſuos, & certè ipſi non ſunt Dij: populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum. Sic & *P*aulus. 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes etc. *E*iuſmodi ignominiã à nobis auferet Deus, ſi egerimus pœnitentiam, et prauam vitam noſtram emẽdauerimus. Tunc enim nobis parſurus eſt, ne in pœna propter peccata noſtra fiamus opprobrium

brium in Gentibus.

Et eum qui ab Aquilone eſt, procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam & deſertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius vſque ad mare nouiſſimum, & aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbè egit.

His verbis indicat Deus per Prophetam, ſe populo ſuo, illis videlicet, qui vitam ſuam emendant, integrè & iuſtè viuunt, & ad Deum conuertuntur, non ſolùm benefacturum, ſed & mala ab ijs ablaturum. Eum qui ab Aquilone eſt (ait Deus) procul faciam à vobis etc.

Senſus horum verborum eſt, Deū populi ſui hoſtes admodum procul exterminaturum, vbi nemo habitet aut habitare poſsit, ne vlterius nocere queant. Neque etiam hoſtes impunè euaſuros, ſed eorum ſuperbiam fœtore penſandam. In ſumma Deus propter pœnitentiā vult auertere vindictam.

Nonnulli hæc verba exponūt de locuſtis, erucis & bruchis etc de quibus ſuprà dixit Propheta, quæ fruges terræ paleſtinæ corroſerunt, exederunt & vaſtârūt: vndè ingens fames prouinciam inuaſit. Verū vbi pœnitentiā egerūt, pollicetur dominus, ſe peſtilens hoc vermiū genus vniuerſum procul abarciturum. Ita vt locuſtæ in Ægypto in pœnam & vltionem omnes herbas deuorarent & quicquid pomorum in arboribus erat. Pharao autem agnoſcens ſe peccaſſe rogabat Moyſen & Aaronem vt pro ſe apud Deum intercederent. Quod vbi feciſſet Moyſes, fecit Deus flare ventum ab occidente

vehementiſsimũ, & arreptã locuſtam proiecit in mare rubrum, vt ne vna quidẽ remaneret in cunctis finibus Ægypti. Exo. 10.

Alij quidam exponunt de Sennacherib rege Aſſyriorũ, immaniſsimo populi Dei hoſte, qui ab Aquilone inſtructiſsimo exercitu ingentique ferocia veniens, Iudæam inuadebat eáque depopulari moliebatur. Cęterum vbi Rex Ezechias cum omni populo ad Deũ conuerterentur, opéque & conſolationẽ ab eo implorarent, exaudiuit eorũ orationem, venitque Angelus domini, & vna nocte percuſsit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et fugit rex Sennacherib, magnaque ignominia reuerſus eſt in Niniuen. Cumque adoraret in templo Neſroch Deum ſuum, Andramelech & Saraſar filij eius percuſſerunt eũ gladio 4. Reg. 19. Et quia ſuperbè egerat, & tumidus exaltauerat ſe aduerſus Deum & populũ eius, eò fœtor eius, id eſt, immanis eius ſtrages, & ridenda eius fuga aſcendit, id eſt, increbruit & diuulgata eſt in omnes regiones ad perpetuam eius ignominiam. Ad hũc modũ conſueuit Deus agere cũ ſanguinarijs, elatis & ferocibus Tyrannis. Conniuet quidẽ Deus ad tempus, ſed non diu, deinde eos dat in deriſum & opprobrium.

4. Re. 28. 19

Tyrannos Deus dat in opprobrium.

Matth. 2.

Videmus hoc in ſæuiſsimo illo Tyrãno Herode, qui multa millia innocentiũ infantulorũ miſerabiliter trucidari curauit, aliaq; complura homicidia patrauit, ſed qualem ſe præbuit in vita talem quoque ſortitus eſt exitum. Inuaſit eum continuus ac grauiſsimus interiorum viſcerũ dolor, colo medius vexabatur, abſcondita

corpo-

corporis ſcatebant vermibus &c. ac tandē immani cruciatu vitam finiuit, vt illud Ioſephus lib. 7. antiquitatū, & lib. 2. de bello Iudaico deſcribit.

Pari modo horribilem habuit exitū Tyrannus Antiochus, cui vermes ex corpore ſcaturierunt, & dolore viſcerū diſcruciatus, in ſummo fœtore mortuus eſt. 2. Mach. 9.

Iulianus quoque apoſtata horribiliter perijt: ſiquidem ex inflicto vulnere animá agens, manum ſanguine plenam ad cœlū proieciſſe fertur ac dixiſſe. Viciſti Galilæe. Similiter Nero formidabilis hoſtis & perſecutor populi Chriſtiani, prout Nicephorus li. 16. ca. 43. huiuſmodi Tyrannos complures enumerat, qui omnes in ſuo ipſorum ſanguine ſuffocati ſunt, quorū etiam vitam Deus abbreuiauit, iuxta illud Prophetæ. Pſal. 45. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos &c.

Meritò igitur extimeſcere deberent omnes Tyranni, ſeditioſi & ſanguinarij homines, qui vel re vel conſilio, aut falſa erroneaq; doctrina excitant diſcordias, rebelliones, ſeditiones aut ſanguinis profuſiones. Cuiuſmodi tyrannidē ſi in hoc ſæculo non vlciſcitur Deus, differt eá in ſeuerum iudicij diem.

Poteſt prætereà per hunc tā formidabilē hoſtem intelligi diabolus, qui ſolium ſuū exaltauit in lateribus Aquilonis. Eſa. 14. Plenus ſuperbia & faſtu volebat ſimilis eſſe Altiſsimo: ſed exturbat⁹ & profligatus eſt è cœlo, de quo Chriſtus Luc. 10. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Et Ioan. 12. Nunc iudicium eſt

mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Habet adhuc locum in deſerto, id eſt, in infidelibus, itidem in ijs qui fidem perſequuntur & criminantur, & in impœnitentibus. Sic dicit Chriſtus ad Phariſæos Ioan. 8. Vos ex diabolo eſtis. Et 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt, ſicut Cain qui occidit fratrem ſuum.

Quáuis immanis hic Tyrannus per virtutem Chriſti ſit profligatus ex cordibus fidelium, eijciaturque per legitimum ſacramẽtorum vſum in eccleſia Chriſti: nihilq; dãnationis ſit ijs qui
2. Cor. 10. ſunt in Chriſto Ro. 8. nec patiatur nos tẽtari ſu-
Ioan. 10. pra id q, poſſumus per Chriſtũ ſuperare: ſintq; ouiculæ illæ per Chriſtũ redẽptæ, quæ vocẽ eius audiunt, & ſequũtur paſtorem, certæ in manu Chriſti ſe nõ perituras, & dat illis vitã æternam: Nihiloſecius hic profligatus hoſtis vertit faciẽ ſuã cõtra mare oriẽtale, id eſt, cõtra illos, qui baptizati ſunt: vt per tẽtatiões ſuas eos poſsit pellicere in peccatũ ad mortem ſempiternam, vt diuinæ gratię ſol, qui in Chriſto nobis illuxit & ortus eſt obtenebretur. Cogitationes eius ſunt, vt fideles à regia in ſempiternam Patriam via abducat in tartareum carcerem.

Circuit nos, inquit, Petrus, tanquam Leo rugiens, quærens quem deuoret. 1. Pet. 5.

Væ terræ & mari, inquit Ioan. Apoc. cap. 12. quia deſcendit diabolus ad vos (videlicet de tenebroſo aëre, quem inhabitat. Epheſ. 6.) habens iram magnam, ſciens quòd modicũ tempus habet.

Soluetur quoque Sathanas in temporibus nouiſ-

novisſimis, atque eiuſmodi anguſtias & miſerias excitabit, quales antea fuerint nunquã. Et niſi breuiati eſſent dies, inducerentur etiam (ſi fieri poſſet) in errorẽ electi. Hæc nouiſsima tẽpora vocat Apoſtolus periculoſa tempora. Hic hoſtis per Sennacherib deſignatus eſt, qui perpetuò meditatur populum *D*ei diſperdere. Sed zelatur Deus populum, & nouit qui ſunt eius, iiſq; auxilium & robur donabit, & conteret Sathanam ſub pedibus eorum velociter. *Apoc.22.* *Matth.13.* *Matth.24.* *2.Tim.3.* *2.Tim.2.* *Rom. 16.*

Extremum etiã huius hoſtis eſt vſque ad mare nouiſsimũ, id eſt, prorſus diligenter obſeruat finem ſeu extrema baptizatorũ, vt aliquid iuris in eos habeat per impatientiã, puſillanimitatẽ, timorem & ſuperbiam, vtque populũ Dei poſſit accuſare corã Iudice: Vnde & accuſator fratrum appellatur. Veris autem fidelibus qui in charitate *D*ei & proximi ex hac vita emigrant, quique per ſacramenta *D*eo in diebus ſalutis reconciliantur in nullo nocere poteſt: Sed Chriſtus Seruator noſter in nouiſsimo die hunc hoſtem cum vniuerſa commilitonum ſuorũ phalange profligabit, ſternet & præcipitabit in ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris. Apocalip. *19.* *Job* 40. Matth. 25. *Apoc.12.*

Permittit quoque Deus propter peccata noſtra alios malignos & noxios hoſtes ab Aquilone erronea doctrina & deprauatione ſcripturarum populum ſuum inuadere. Hi ſunt Sectæ, prouenientes ab Aquilone, id eſt, ex inſtinctu diaboli habitantis ad Aquilonem, id eſt, in ſuperbia, inuidia, & odio: in plagis enim Septẽtrionalibus eſt frigus vehementiſsimum: ſic in

Sectis magna ſunt frigora quæ ex defectu charitatis, ex ingenti deteſtabiliq; ſuperbia, ex inuidia & odio oppugnant vnicam, probatã, Catholicam, ſanctam & Chriſtianã fidem. Vnde dicit ſcriptura, Hiere. 1. Ab Aquilone pandetur omne malũ, id eſt, ex illis in quibus non eſt feruor aut calor fidei, nec charitatis. Omnes enim hæreſes profluunt & proueniunt ex ſuperbia, ex inuidia & auaritia cuiuſmodi per Aquilonem deſignantur.

Ab aquilone pandetur omne malum.

Non hîc loquitur de ipſa regione: attamen quàm aſper & turbidus aër ab aquilone in nobilem Germaniam peruenerit, plurimi nõ ſine notabili corporis & animę detrimento perſenſerũt. Multis etiã hæc Septẽtrionalis aura (proh dolor) nimis acris fuit & præualida.

Fœtor, & corruptus ac noxius odor aſcendit: id eſt, memoria Tyrannorum & ſectarum quæ Eccleſiam eiuſque puram doctrinam hoſtiliter proſcripſerunt & perſecutæ ſunt, eſt fœtor & abominatio apud ſynceros & morigeros Chriſtianos. Nomina Sectarum ſi quando nominãtur, vtpote Arrij, Nouati, Vigilantij, Heluidij, Fauſti, Donati, Circuncellionũ, Aërij, VVicclephi, Zuinglij &c. ſunt Catholicis grauiſsimi fœtores, memoria eorum eſt in maledicto, ſuntq; in Sacroſanctis Concilijs anathematizati ac dãnati, quia ſuperbè egerunt, plus ſuis diſcordantibus & erroneis opinionibus tribuentes, quàm vnicae ac puræ doctrinae Eccleſiae Catholicæ.

Noli timere terra, exulta & lætare, quoniã magnificauit Dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis,

regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, quia lignum attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt virtutem ſuam.

His verbis dominus excitat populum ſuum per Prophetam ad conſiderandam munificam promiſsionem, vt proniores ſint ad agendam pœnitentiam, & conuertendum ſe ad Deum. Terra, id eſt, popule meus: qui inhabitas terram quam promiſi tibi, noli timere, quaſi concepta ira adhuc in te efferueam, vt mediter vlteriùs te punire & affligere propter peccata tua, nec parcere tibi velim propter pœnitentiam & cõuerſionem tuam: noli timere, ſed lætare, quoniam magnificè me erga te declarabo, tanquã Deum ac dominum. Quicquid antea propter peccatum tuum deperdidi, propter pœnitentiam tuã reddam tibi.

Antea agri præ nimio æſtu prorſus aridi & ſteriles fuerunt, arbores non protulerunt fructum, nec vinum nec triticum creuit, erucæ, locuſtæ & bruchi omnia arua deuaſtârunt, vndè iumenta & homines ingentem neceſsitatem pertulerunt. Verùm quia egiſti pœnitentiam, parcam nunc tibi, hoſtes profligabo, & benedictionem dabo ſuper terram. Ad hanc benignitatem cõſiderandam ſerio exhortatur *P*ropheta. Noli timere terra, ne expaueſcas propter ea quę dico & promitto tibi. Sunt quidẽ magna, ſed fidelis eſt Deus in promiſsionibus ſuis, nec eſt apud illum impoſsibile omne verbum. Luc. 1. Quia timor eſt malorum futurorum, idcirco cùm peccator per dignos fructus pœnitentiæ, & emẽdationem vitæ ex animo ad *D*eum conuerti-

uertitur, acclamat ei Deus: noli timere, nec mortem nec diẽ vltimum, nec gehennę ſupplicia. Fidelis enim ex morte tranſit in vitã. Chriſtus eſt illi lucrum & habet domum in cœlis 2. Cor. 5. Vbi venerit veſper, conuocabuntur operarij ad recipiendam mercedem. Leuabunt etiam capita ſua, quando tranſierint cœlum & terra, quia appropinquat redemptio ipſorum. Procedent qui bona egerũt in vitam æternam. Ioan. 5. Matth. 25.

Ioan. 5. Philip. 1. Matth. 20. Lucæ 21.

Quando Deus homini bene vult, cõſolatur illũ, dicens, Noli timere. Quicquid enim malorũ homini euenire poteſt, Deus auertere poteſt. Pſal. 22. Etſi ambulauero in medio vmbrę mortis, nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es, Eſa. 10. Noli timere populus meus. ca. 41. ne timeas, ego adiuui te c. 43. Lu. 12. Nolite timere puſillus grex quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnum. Matt. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus etc. Actor. 17. ne timeas Paule etc.

O beatum hominẽ, qui bonũ habet teſtimonium conſcientiæ ſuæ, cui dicturus eſt Deus in extremis: noli timere: dicet enim ſpiritus Dei, vt requieſcant à laboribus ſuis. Apoc. 14.

Ex hac benedictione, qua Deus benedicet agris, animalibus, arboribus & vineis, ſingularis etiã conſolatio percipi poteſt: nimirum quòd velit Deus populo ſuo temporalis vitæ ſubſidia elargiri. Quicunq; enim chriſtianus in ſuo ſtatu honeſtè, integrè & iuſtè vixerit, ſiue Eccleſiaſticus ſit ſiue Laicus, huic Deus non patitur quicquã deeſſe: ſyncera enim pietas, præſentis & futuræ vitę promiſsionem habet.

1. Tim. 4.

Quo-

Quoniam igitur Deus populo tēporaria & ſempiterna bona promiſit, pręterea iuxta diuinam ſuam voluntatē vt viuamus, grauiter admodum docuit& pręcepit,idcircò ne timidi & Puſillanimes reddantur, ſtrenuè populū ſuum alloquitur, inquiens. *P*opule meus, nolite timere,nolite domino Deo veſtro diffidere quaſi daturus vobis non ſit,quod promiſit:nolite facere quemadmodū illi in deſerto, qui cùm audirēt eſſe Gygantes in terra palæſtina, perterrefacti dicebant, Conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum etc. *Num.13.14*

Pari modo *P*ſeudoprophetæ populum Dei reddunt timidum trepidum & puſillanimem, dum inquiunt: non poſſumus bonum operari, Deus grauia & impoſsibilia nobis præcepit. Nemo valet aſcendere in terram promiſsionis. Nihil promeremur bonis operibus, ieiunijs, orationibus, eleemoſynarum largitio non eſt meritoria:non potes confiteri tua peccata: delicta enim quis intelligit? nemo poteſt ſatisfacere dignis pœnitentiæ operibus: omnia opera noſtra ſunt fruſtranea, etiamſi viuamus inculpatiſsimè etc. Eiuſmodi timidi non laborant, non cogitant viuere ſecundum normam verbi Dei, ſunt ſerui ignaui, ſolummodo inhiantes mercedi.Sed qui non laborat,quam ſperare poteſt mercedem, cum Deus vnicuique redditurus ſit ſecundum opera ſua? Qui non ſeminauerit,quid metet?

Sectæ populū reddunt timidum.
Num.14.
Matth.16.
Gal.6.

Talibus frigidis ac timidis ſcriptura horribilem Dei iram minatur Apoc.21. Qui vicerit, poſsidebit hæc:& ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure. Et Iacobi. 1. Qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur & circunfertur.

Chriſtiani concionatores populum confirmant.

Veri Prophetæ conſolantur & confirmant populum, vt parati & expediti ſint ad benè operandum. Et tametſi ex noſtris ipſorum viribus nihil facere queamus, quod mereatur vitā ęternam, Ioan. 15. Philip. 2. 2. Cor. 3. Eſaiæ 26. omnia tamen poſſumus, quę Deo grata & accepta ſunt ex gratia, auxilio & virtute illius.

Philip. 4.

Diſcipuli dominum interrogabāt. Quis poteſt ſaluus fieri? Reſponſum eſt illis. Apud homines hoc impoſsibile eſt, apud Deum autem omnia poſsibilia ſunt. Matt. 19. Qui auxilium & gratiam ſuam nobis addixit & promiſit per quæ patriam cœleſtem adipiſci valeamus. Qui & pactum fecit nobiſcum pro denario diurno, ſi fideliter ex fide & charitate ad Dei gloriam laborauerimus: tūc vnuſquiſque viritim ſuam accepturus eſt mercedem iuxta labores ſuos. 1. Cor. 3.

Matth. 20.

Iugum quoque illius eſt ſuaue, & onus eius leue. Matth. 11. Mandata eius grauia non ſunt 1. Ioan. 5. Quocircà nolite timere ſed lætamini in Spiritu ſancto. Magnificabit enim dominus facere vobiſcum.

Quomodo Deus ſe magnificum declaret.

Præclara & magnifica geſta videmus in Patriarchis, in Prophetis, in Martyribus, in Virginibus, ſed omnia fecit dominus. Noë inuenit gratiam, & cum ſeptem ſeruatus eſt in Arca.

Dominus fecit. Gen.7.

Enoch fuit Deo acceptus, & tranſlatus eſt in Paradiſum terrenum. Dominus fecit. Gen.5. Heb.11.

Credidit Abraham & obediuit Deo, qui repromiſit ei, in ſemine ipſius benedicendas eſſe omnes gentes Dominus fecit. Gen.15.

Moyſes multa miracula patrauit in Ægypto: duxit populum Dei per mare rubrum. Dominus fecit. Exod.17.

Sic Iacob, Ioſue, Sampſon, Gedeon, Dauid, Ezechias etc. Magnificauit illis dominus vt faceret. Maria Dei mater filium Dei concepit, peperit in Bethleem: nihilominus in æternū permanens virgo. Dominus iſtud fecit, quéadmodum ipſamet agnoſcit. Luc. 1. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Non ſatis admirari poſſumus prædicationem Apoſtolorum, qui tamē humiles piſcatores & idiotæ fuerunt. Quis non miratur ſummam S. Martyrum patientiam & conſtātiam? Itidem quod virgines, quæ partim Regum filiæ etc. pulchræ, opulentę, tenerę, iuuenculæ etc. fuerunt, omnibus gaudijs & voluptatibus contemptis, caſtitatem ſeruârunt & immania tormenta ac ſupplicia propter Chriſtum ſuſtinuerunt? Quis non hęc admiratur? Dominus fecit. Omnia opera noſtra, domine, operatus es nobis, ait Eſa. Heb.12. Cap.26.

Magna illa in ciuitate peccatrix, ex qua eiecit dominus ſeptem dæmonia, audit à domino: Fides tua te ſaluam fecit. Latro in cruce audit. Hodie mecum eris in paradiſo. Dominus fecit. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccato-

res

res ſaluos facere quorũ primus ego ſum. Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primò oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam ęternam. 1. Tim. 1.

Nolite igitur timere ô chriſtiani, magnificabit etiam dominus facere vobis eum. Quære apud dominum, qui tam conſolatoriè te alloquitur, tuam fidem, tuã charitatem, ſpem, patientiam, obedientiam, humilitatem, pœnitentiam, caſtitatem, iuſticiam etc.

Dextera domini fecit virtutem Pſal. *117.*

In Deo faciemus virtutem. Pſal. *59.*

Pete & poſtula à domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. In omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtrę innoteſcant apud Deum. Effundite coram illo corda veſtra. Deus adiutor noſter in æternum. Mera ſunt opera Dei, prædeſtinare, vocare, iuſtificare, magnificare & ſaluificare. Rom. 8.

Quapropter dicit Ioel. Magnificauit dominus vt faceret.

Nihil certi definit, quaſi diceret, dominus magnificè nobiſcum acturus eſt. Pſal. 129. Magnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lętantes. Non promiſit dominus hoc vel illud, quaſi aliud præſtare non poſsit, aut largiri velit, quàm illud quod promiſit, idcirco dicit: vt faceret, vt faceret tecum omnia, intellige, quæ ad ſalutem corporis & animæ tuę ſunt neceſſaria: quia nomen eius eſt omnipotens.

Et filij Sion exultate & lætamini in domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſticiæ, & deſcendere

faciet

faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinum, ſicut in principio. Et implebuntur areæ frumento & redundabunt torcularia vino, & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus & rubigo & eruca: fortitudo mea magna, quam miſi in vos. Et comedetis veſcentes & ſaturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum, & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum, et ego dominus Deus veſter, & non eſt amplius.

Quis huiuſcemodi verbis non commoueatur, vt ex corde gaudeat in Deo ac domino ſuo, eiq́ue laudes & gratias dicat pro tam magnifica, ingenti, ſuaui & conſolatoria promiſsione? Dabit populo ſuo doctorem iuſticiæ, imbrem matutinum & ſerotinum, vult omnem penuriam & detrimentum reſarcire, eoſq́ue ſatiare, & eſſe in medio ipſorum.

Si autem Deus tam diues eſt in miſericordia & gratia (nota magnum myſteriũ horum Propheticorum verborum. Reſpondit dominus & dixit populo ſuo etc. Reſpondit ſummis priſcorum Patrum deſiderijs in cœlos clamantiũ) ergo Deus non ſolùm parcit populo ſuo, ſed promittit inſuper illi Seruatorem mundi. *Epheſ. 2.* *Deus plura largitur quã petamus.*

Implorabat populus Dei auxilium in Ægypto, & mittebat illis Deus non ſolum Moyſen & Aaronem, qui populum deducerent per mare rubrum, ſed et promittebat eis Deus Prophetam magnum. Deu. 18.

In captiuitate Babylonica populus nõ tãtum accipit conſolationem à Prophetis, ſed & per Danielem Prophetam annunciatur aduentus

Meſsiæ.

Meſsię. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuã, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſempiterna, & impleatur viſio & Prophetia. & vngatur Sanctus Sanctorum etc. & poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus etc. *Daniel.9.*

Regi Achas nõ ſolùm auxiliũ & victoria addicitur contra Regem Syriæ, verùm & ipſi & domui Iudæ datur ſignum conceptionis & natiuitatis Meſsiæ. Eſa.7.

Sic Deus egit cum populo ſuo, ſe ad ipſum conuertente, largitur ei non ſolùm temporalis vitæ ſubſidia, ſed & promittit ei regnum cœleſte.

Tales diuinæ gratię diuitias videmus etiam hîc in noſtro propheta, per quem *D*eus populo ſuo, ſe ad ipſum conuertenti, non ſolùm temporariam felicitatem, ſubſidium, profligationem hoſtium, remiſsionem peccatorum, ſed & miſſurum ſe promittit doctorem iuſticię, id eſt, Chriſtum Ieſum viuum Dei filiũ, verum Meſſiam, natum ex virgine in *B*ethleem, in quo omnes ſapiẽtiæ theſauri ſunt abſconditi, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ille in templo ſedit in medio doctorũ, audiens illos & interrogans eos. Legebat in Synagoga prophetã Eſaiam. Luc.4. Pater cœleſtis clamat, ipſum audite. Matt. 17. Loquitur enim Deus nobiſcum per filium ſuum. Heb.1. Ille eſt legifer noſter. Eſai.33. Ille eſt *D*ominus & magiſter noſter. Ioan.13. De illo dicit *E*ſaias capite.55.

Matth.16. Micheæ.5. Col.2.

Lucæ 2.

Chriſtus eſt Doctor noſter.

te 55. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.

Teſtatur Chriſtus per ſuam humanitatem, per ſuam doctrinam & innocentem mortem, patrem velle fidelibus ad Deum ſe conuertentibus, clementem eſſe & propitium nec velle mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. *Ezec.18.* *H*æc eſt voluntas Dei, inquit Chriſtus, vt omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo, ſed *Ioan.6.* reſuſcitem illud in nouiſsimo die & dem illis vitam æternam.

Ille eſt ſempiternus ille princeps pacis, qui *Eſaiæ 9.* potenter nos liberat à principe huius mundi. Ipſe quoque eſt præceptor ac doctor, qui docet nos verbũ Spiritus & vitę. Si manſeritis in me, inquit Chriſtus, & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis, petitis, & fiet vobis. Si quis diligit me, ſermonem ſeu doctrinã meam ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Ioan. 14.

Qui audit verba mea, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternã etc. Verba enim huius cœleſtis doctoris ſunt Spiritus & vita, Ioan 6.

Exultate igitur & lætamini filiæ Sion, id eſt, Chriſti fideles, qui eſtis in Sion, hoc eſt, in catholica Eccleſia. Neque enim contingit hoc gaudium illos, qui non credunt, quiq; ſunt extra Eccleſiã. Gaudete in Spiritu ſancto, ô Chriſtiani, gaudete in domino ac Deo veſtro, in Deo *Philip.4.* patre cœleſti, qui eſt pater omnis miſericordiæ, & Deus totius conſolationis, 2.Cor.1. quòd ex mera gratia & charitate dederit vobis

T vnige-

vnigenitum filium ſuum, doctorem iuſtitiæ, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, etc.

Chriſtus eſt iuſtitia noſtra. Deus dedit nobis filium ſuum, Eſaiæ 9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: non tantùm vt eſſet iuſticia noſtra, & redimeret nos ab omni iniquitate, ſed vt facere etiam iuſticiam nos doceret, & mūdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, vtque in die nouiſsimo, præmio afficeret iuſticiam credentium, quandò reddet vnicuique ſecundū opera ſua. O verè magnificum & precioſum munus Dei noſtri, quòd dederit nobis Chriſtum Ieſum doctorē iuſticiæ, per cuius gratiam & doctrinā credentes puri Dei filij & conſortes diuinæ naturæ atque hæredes bonorum cœleſtium efficiantur.

1. Cor. 1. Tit. 2. Hier. 31. Matth. 16 Rom. 2.

Quoniam igitur Deus requirit ab homine iuſticiam (iuſtus enim eſt & iuſticias diligit) iuſtos ſaluos faciens, & iniuſtos condemnans, Matth 25. Fuerunt ergo qui docuerunt iuſticiā legis, oblationes, ablutiones, ſanguinis vitulorum aſperſiones, neomenias etc. Sed hæc non potuerūt hominē perducere ad perfectionem, nec fuerūt iuſti corā Deo. De his loquitur Paulus Rom. 10. Ignorantes iuſticiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti. Iuſtitia legis nos iuuare non potuit: tametſi omnes homines cōcluſi eſſent ſub peccato. Miſertus igitur eſt hominum Deus, vbi venit plenitudo tēporis, & tempus miſerationis & miſit nobis verū doctorem iuſticię, quem Hieremias vocat dominum iuſtum noſtrum cap. 23. vt eſſet ſanctificatio, iuſticia & redēptio noſtra etc. 1. Cor. 1.

Pſal. 10. Heb. 7. Rom. 11. Gal. 4.

1.Cor.1.Hic per ſanctam humilitatem ſuam ad nos venit, adducens ſecum gratiam, veritatem & ſanctificationem etc. Quæ gratioſè communicat fidelibus, Vt per Chriſtum iuſti & ſancti inueniantur in vitam æternam.

Vt autem homo poſt lapſum haberet quid ex gratia Dei, per quod Deo placeret & acceptus eſſet, promiſit Deus hunc iuſticiæ doctorem, quod omnes, qui crederent, in eum, ſalui futuri eſſent per ipſum. Ioan. 3.

Magnifica & plena conſolationis erat promiſsio poſt lapſum, cùm diceret Deus, quòd ſemen mulieris contriturũ eſſet caput ſerpentis: Hoc eſt, filius Mariç perpetuç virginis nos redẽpturus eſſet à poteſtate Sathanæ. Eccleſia legit, Ipſa conteret caput tuum, ad denotandum incarnationis filij Dei myſterium. Vt ergo ſciremus, virine an mulieris ſemen illud facturum eſſet, legitur ipſa. & non ipſum, quo ſignificaretur Chriſtum naſciturum ex virgine, & nõ ex virili ſemine, Eſa. 7.

Deinde factç ſunt promiſsiones Abrahæ & Dauid, de aduentu veri Meſsiæ, quem nominat Dauid filiũ Dei, Pſal. 2. quod etiam denotat vocabulum Innon, in Pſal. 71. Hieremias etiam Propheta hunc doctorem iuſticiæ appellat nomine tetragrammato iehoua cap. 23.

Quocircà omnibus, qui Deo accepti fuerunt, & in quibus ipſi fuit beneplacitũ, facta eſt per fidẽ repromiſsio de hoc doctore iuſticiç: quam fidem etiam oblationibus atteſtati ſunt. De quibus Paulus, Hebr. 11. Abraham in fide vidit diem Domini & gauiſus eſt, Ioan, 8. Agnus

Chriſtus in figura occiſus eſt ab initio mundi, Apoc. 13. Imò omnia in figura illis contigerũt, donec veritas ipſa venit, & nobis locuta eſt, Heb. 1.

Propterea populus Iudaicus in ſuis Moſaicæ legis obſeruationibus perijt, quoniã non crediderunt Chriſto, nec ſuſcipere voluerunt illum, in quo eſt iuſticia, quę ſola Deo eſt accepta.

Omnibus verò fidelibus facta eſt Dei virtus & diuina ſapientia, de cuius plenitudine & abundantia accepimus gratiã & iuſticiam. Dedit etiam poteſtatem filios Dei fieri, omnibus qui credunt in nomine eius, Ioan. 1. Dedit gratiam pro gratia, id eſt: pro Moſaica & carnali lege, dedit nobis legem noui teſtamenti, legem Spiritus & vitę, ſcriptã digito ſuo, Spiritu ſancto in cordibus hominum, Hierem. 31.

Quocunque nunc indiget homo ad conſequendã vitam ęternã, id omne inuenit in Chriſto Ieſu, ex cuius gratia fidelis bona cogitat, bona loquitur, bona operatur. In illo habet remiſſionem peccatorum, gratiam & pacem, veram iuſtitiam & vitam æternam.

Porro neceſſarium eſt credenti, vt poſt gracioſam hanc communicationem & ſuſceptionẽ iuſticię in Chriſto Ieſu per fidem in lauacro regenerationis & renouationis, viuat & agat ſecundùm doctrinam huius iuſticię doctoris, qui etiam eò datus eſt nobis, vt doceret nos facere iuſticiam, quandoquidem Deus non redditurus eſt homini ſecundùm iuſtitiã, quæ Chriſtus factus eſt fidelibus, ſed retribuet vnicuique ſecundum opera ſua. Matth. 16. 1. Cor. 3.

Tit. 3. Chriſtus iuſtitiã docet facere iuſtitiam.

Rom. 2.

Id-

Idcircò ſeruis ſuis, qui aliquot talenta, id eſt, chariſmata ab ipſo acceperunt, mãdauit, vt negociarẽtur donec veniret. *D*iſcipulis nõ ſolùm mandat Chriſtus prædicare fidem & baptizare, ſed & docere baptizatos, ſeruare omnia quæ præcepit eis, Matth. 28. Docet Chriſtus iuſticiam fidelium debere abundare plus quàm iuſticiam Scribarum & *P*hariſæorum, Matth. 6. Qui facit iuſticiam, iuſtus eſt, inquit Ioannes. Requirit Chriſtũs bonos fructus ab arbore, nec ſuſtinet eſſe contentus inani oris crepitu. Matt. 7. *D*icit: Quid me vocatis domine, domine, & non facitis quæ dico? Luc. 6. *Luca* 19. 1. *Ioan.* 3.

Eſt dominus noſter, ergo reuerebimur illum: eſt pater noſter, igitur diligemus eum, Malach. 1.

Bona opera quæ operatur fidelis, vtilia ſunt homini & ſalutaria, Tit. 3.

Hic doctor aperuit os ſuum, & docuit diſcipulos ſuos in monte, Matth. 5. 6. 7.

Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, inquit Chriſtus, Ioan. 14.

*D*octrina noſtri doctoris eo dirigitur, vt ſine querela ſimus, & puri corã Deo & hominibus. Doctrinam doctoris noſtri audiemus & faciemus, vt ſeruiamus Deo in ſanctitate & iuſticia omnibus diebus noſtris. Nã vbi moritur fidelis, ſequuntur eum opera ſua ad tribunal Chriſti. *Philip.* 2. *Matth.* 7. *Luc.* 1. *Apoc.* 14.

Hic doctor etiam vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Dicturus iniquis: diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eſuriui enim & non dediſtis mihi mãducare etc, & quandiu non feciſtis vni de minori- *Matth.* 25.

bus his, nec mihi feciſtis. Ligatis manibus & pedibus proiicite ſeruum invtilem in tenebras exteriores.

2.Pet.2. Luc.8. Quamobrem ſatagere debent fideles per bona opera certã facere vocationẽ & electionem ſuã, vt docet Petrus, & bono imò optimo corde audire verbum Dei, quod Chriſtus doctor noſter loquitur per ſuos Apoſtolos, Euangeliſtas, Prophetas, doctores & paſtores ſeu Præſides Eccleſię, Ephe.4. Ipſe enim dominus dixit, Lu.10. Qui vos audit, me audit etc. Sunt legati Dei, per quos loquitur Deus, & poſuit in illis verbum reconciliationis, 2.Cor.5.

Et quia in nouiſsimis hiſce temporibus quidam falſarij & deprauatores ſcripturarum fideles eò inducere contendunt, quaſi bona opera ad ſalutem neceſſaria non ſint, ſed ſufficere homini, vt credat, ex quo ſuppullulat leuitas vulgi, grandis inobedientia, contemptus pœnitentiæ, mala conſcientia & libertas carnis etc. Ea propter omnes quotquot adhuc ex gratia Dei ſtant in recta & catholica fide, ne ſeducantur ſeriò monemus, vt legant & audiant verbũ Dei in ſenſu & intellectu ſuo, quem dedit Spiritus ſanctus, doctor veritatis, & dominus aperuit ſenſum ſcripturæ ſuis diſcipulis, vt intelligerẽt ſcripturas, Lucæ 24.

Vt igitur fideles operentur bonum, dum tempus habent, vt ambulent in luce dum dies eſt, nox enim appropinquat, in qua nemo operibus mereri poteſt: idcirco in vſum Chriſtianorum quaſdam ſuccinctas gnomas & ſententias de bonis operibus ex ſacra Scriptura aſsignabimus,

gnabimus, vt alacriores & expeditiores ſint ad obtemperandum doctori iuſtitię in ſalutem æternam. Heb. 5.

Ioannes Apoſtolus inquit. Omnis qui nō eſt iuſtus, non eſt ex Deo, 1. Ioan. 3.

Qui dicit ſe noſſe Deum & mandata eius nō cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt, 1. Ioan. 2. Et 1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte. Diligere autem oportet non verbis, lingua, ſed operibus & in veritate.

Docet & Petrus bona opera: miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autē abſtinentiam, in abſtinētia autem patientiā, in patiētia autē pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore autē fraternitatis charitatem. Hęc enim ſi vobiſcū aſsint & ſuperent, non vacuos nec ſine fructu vos cōſtituēt in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, 2. Pet. 1.

D. Iacobus Apoſtolus euidentiſsimè docet, Quid prodeſt, inquit fratres mei, ſi fidē quis dicat ſe habere, opera autē non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Quaſi dicat, non. Fides enim ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Tu credis quoniā vnus eſt Deus. Bene facis. & dæmones credunt & contremiſcunt. Vis autem ſcire, ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt? etc. Vbi demonſtrat Abraham iuſtificatum eſſe ex operibus etc. cap. 2.

Matth. cap. 5. ſcribit dominum dixiſſe. Beati pauperes ſpiritu. *B*eati mites. *B*eati qui lugent:

Beati pacifici. Beati qui eſuriũt iuſticiã etc. Hæc ſunt bona opera, his promittitur vita æterna.

Diligite inimicos veſtros etc. & eritis filij patris veſtri cœleſtis.

Iniquis verò dicturus eſt in nouiſsimo die, Diſcedite à me operarij iniquitatis. Matth. 7.

Marcus c. 10. ait. Qui dereliquerit propter me fratres, ſorores, Patrem etc. centuplum hic recipiet, & vitam ęternam poſsidebit.

Cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſum aliquẽ, vt & pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra Mar. 11. Quod ſi vos nõ dimiſeritis nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

Si habuero omnem fidem, inquit Paulus, 1. Cor. 13. charitatem autem non habeam nihil ſum. Eiuſmodi ſententijs ſcatent ſcripturæ, ex quibus merito ad ſanctã & chriſtianam fidẽ & vitam induceremur, quã docuit nos ille noſter iuſticiæ doctor Chriſtus Ieſus.

Vocat eum Malachias Solem iuſticiæ. Chriſtus enim non ſolùm nos docet, ſed illuminat quoque corda noſtra ad fidẽ, vtq̃ue in charitate Dei viuamus & ambulemus. Ioan. 9. Epheſ. 5.

Dicit inſuper Propheta, daturũ nobis Deum imbrem matutinũ & ſerotinum, ſicut in menſe primo. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino. Per imbrem intelligi poteſt Chriſtus Ieſus dominus noſter, & ſancta eius doctrina. In Hebręo enim vocabulum Moreh ſumitur pro doctore, & pro imbre. Hunc imbrem deſiderat Eſaias: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur

terra

terra & germinet Saluatorem. ca.45. Hic gratioſus, ſuauis & conſolatorius imber internum hominem irrigabit, pinguefaciet & confortabit ad fructus ſpiritus producendos.

Homo in ſcripturis appellatur terra. Sic Deus primum hominem vocabat Adam id eſt terra. Homo autem à ſemetipſo aridus eſt & ſterilis: eoque promittit Deus hunc cœleſtem imbrem, qui nos ſucculentos & frugiferos reddat in gratia ſpiritus ſancti, vt areæ & torcularia noſtra bonis operibus prorſus impleantur. Sic Maria mater domini fuit gratia plena. Luc. 1. Et Stephanus plenus fuit fide & gratia. Act. 6. Itidem diſcipula Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas, plena erat operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Act. *9*.

Fidelis plenus operibus bonis.

*D*iuites erunt in bonis operibus diuites. 1. Timoth. *6*.

*D*e hac plenitudine loquitur *P*aulus. Rom. 15. Deus ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti. Certus autem ſum fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia &c.

Repleti (ſitis) fructu iuſticiæ, inquit Paulus *P*hilip. 1. Et quemadmodum olim Deus chariſmatis ſuis irrigauit Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, &c. qui ſalutaribus verbis & operibus ſuis pellexerunt, perduxerunt & commouerunt ad vnius veri Dei agnitionem: Sic etiam Apoſtolos ſuos chariſmatis perfudit, illiſque vt pura & ſancta doctrina homines irrigarét, vt ad iuſtam vitam adoleſcerent, mandauit. *E*go plan-

taui: Apollo rigauit, Deus autem dedit incrementum, inquit *Paulus*, *1. Cor. 1.*

Ego elegi vos vt eatis & fructum afferatis, inquit Chriſtus, Ioan. *15*.

Homo creatus eſt ad bona opera. Epheſ. 2.

Sic apoſtolica Eccleſiaſticaque doctrina eſt ſalutaris imber, quo terra, homines irrigantur ad fructum.

Ipſius ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit *D*eus, vt in illis ambulemus. Fructificemus Deo (Ro. *7*.) in omnibus operibus bonis. Col. 1. Sic Moyſes de mirabilibus Dei operibus ſuaq; fide & amore, quem populo Iſraëlitico exhibuiſſet, dicere inſtituens, inquit. Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. Deut. 32.

Quando igitur pura & ſana doctrina irrigamur, & nihilo magis fructum proferimus, ſed tribulos & ſpinas, reprobi ſumus & maledicto proximi, quorũ conſummatio in combuſtionem. Heb. *6*.

Quoniã itaque nos in nouo teſtamento pinguiorem imbrem è cœlo accepimus: ita vt cœli adaperti ſint, & ad nos deſcenderint per incarnationem filij Dei, veri Morech, qui ſanguine ſuo terram, id eſt, hominem irrigauit: propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus. Roman. 13.

*E*ſt etiam dominus in medio Iſrael, id eſt, in *E*ccleſia ſua, per diuinam gratiam ſuam, per ſacroſanctum verbum ſuũ, & per vſum venerabilium Sacramentorum etc. ſicuti etiam dicit

Matt.

Matt. 28. Ecce ego vobiſcũ ſum, vſque ad conſummationem ſæculi. Dat præterea nobis imbrem matutinũ gratiam ſuá præuenientem, & ſerotinum, quòd promittat nobis beatã mortẽ ſi fructus ſpiritus proferamus. Inſuper pollicetur ſe omnibus fidelibus omni tẽpore fore clementem & propitium, in iuuẽtute & ſenectute. Curat verbum ſuum iunioribus annunciari, & ad pœnitentiam extimulari: hoc ſi neglexerint, non tamen ceſſat benignus Deus pluere, etiam in ſenectute hominis. Vocat aliquos in vineam ſuam primo mane hora prima, aliquos hora tertia, ſexta, nona. Imò & aliquos admodum ſero circa vndecimam horam. Matth. 20.

Non enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezec. 18.

Agit quoque patienter, differens vindictam propter nos nolẽs aliquos perire ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. *Pet*. 3.

Talis igitur Dei bonitas & patiẽtia anne merito nos ad pœnitentiam commoueat? Rom. 2. Quomodo effugiemus iram Dei ſi neglexerimus tantam ſalutem? Heb. 2.

Dicit Dominus per *P*rophetam: Et comedetis veſcẽtes & ſaturabimini & laudabitis nomen domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum.

Quia per exceſſum in cibo & potu Deus ſæpenumero grauiter offenditur: & ſcriptura nos monet attendere ne corda noſtra grauentur crapula & ebrietate etc. Lucæ 21. *P*ropter crapulã enĩ multi obierũt. Noli auidꝰ eſſe in omni

epula-

res ſaluos facere quorũ primus ego ſum. Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primò oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam ęternam. 1. Tim. 1.

Nolite igitur timere ô chriſtiani, magnificabit etiam dominus facere vobis eum. Quære apud dominum, qui tam conſolatoriè te alloquitur, tuam fidem, tuã charitatem, ſpem, patientiam, obedientiam, humilitatem, pœnitentiam, caſtitatem, iuſticiam etc.

Dextera domini fecit virtutem Pſal. 117.

In Deo faciemus virtutem. Pſal. 59.

Pete & poſtula à domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. In omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtrę innoteſcant apud Deum. Effundite coram illo corda veſtra. Deus adiutor noſter in æternum. Mera ſunt opera Dei, prædeſtinare, vocare, iuſtificare, magnificare & ſaluificare. Rom. 8.

Quapropter dicit Ioel. Magnificauit dominus vt faceret.

Nihil certi definit, quaſi diceret, dominus magnificè nobiſcum acturus eſt. Pſal. 129. Magnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lętantes. Non promiſit dominus hoc vel illud, quaſi aliud præſtare non poſsit, aut largiri velit, quàm illud quod promiſit, idcirco dicit: vt faceret, vt faceret tecum omnia, intellige, quæ ad ſalutem corporis & animæ tuę ſunt neceſſaria: quia nomen eius eſt omnipotens.

Et filij Sion exultate & lætamini in domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſticiæ, & deſcendere

faciet

faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinum, ſicut in principio. Et implebuntur areæ frumento & redundabunt torcularia vino, & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus & rubigo & eruca: fortitudo mea magna, quam miſi in vos. Et comedetis veſcentes & ſaturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum, & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum, et ego dominus Deus veſter, & non eſt amplius.

Quis huiuſcemodi verbis non commoueatur, vt ex corde gaudeat in Deo ac domino ſuo, eiq́ue laudes & gratias dicat pro tam magnifica, ingenti, ſuaui & conſolatoria promiſsione? Dabit populo ſuo doctorem iuſticiæ, imbrem matutinum & ſerotinum, vult omnem penuriam & detrimentum reſarcire, eoſq́ue ſatiare, & eſſe in medio ipſorum.

Si autem Deus tam diues eſt in miſericordia & gratia (nota magnum myſteriũ horum Propheticorum verborum. Reſpondit dominus & dixit populo ſuo etc. Reſpondit ſummis priſcorum Patrum deſiderijs in cœlos clamantiũ) ergo Deus non ſolùm parcit populo ſuo, ſed promittit inſuper illi Seruatorem mundi. *Epheſ. 2.* *Deus plura largitur quã petamus.*

Implorabat populus Dei auxilium in Ægypto, & mittebat illis Deus non ſolum Moyſen & Aaronem, qui populum deducerent per mare rubrum, ſed et promittebat eis Deus Prophetam magnum. Deu. 18.

In captiuitate Babylonica populus nõ tãtum accipit conſolationem à Prophetis, ſed & per Danielem Prophetam annunciatur aduentus

Meſsiæ.

Meſsię. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuã, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſempiterna, & impleatur viſio & Prophetia.& vngatur Sanctus Sanctorum etc. & poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus etc. *Daniel.9.*

Regi Achas nõ ſolùm auxiliũ & victoria addicitur contra Regem Syriæ, verùm & ipſi & domui Iudæ datur ſignum conceptionis & natiuitatis Meſsiæ. Eſa.7.

Sic Deus egit cum populo ſuo, ſe ad ipſum conuertente, largitur ei non ſolùm temporalis vitæ ſubſidia, ſed & promittit ei regnum cœleſte.

Tales diuinæ gratię diuitias videmus etiam hîc in noſtro propheta, per quem *D*eus populo ſuo, ſe ad ipſum conuertenti, non ſolùm temporariam felicitatem, ſubſidium, profligationem hoſtium, remiſsionem peccatorum, ſed & miſſurum ſe promittit doctorem iuſticię, id eſt, Chriſtum Ieſum viuum Dei filiũ, verum Meſſiam, natum ex virgine in *B*ethleem, in quo omnes ſapiẽtiæ theſauri ſunt abſconditi, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ille in templo ſedit in medio doctorũ, audiens illos & interrogans eos. Legebat in Synagoga prophetã Eſaiam. Luc.4. Pater cœleſtis clamat, ipſum audite. Matt.17. Loquitur enim Deus nobiſcum per filium ſuum. Heb.1. Ille eſt legifer noſter. Eſai.33. Ille eſt *D*ominus & magiſter noſter. Ioan.13. De illo dicit *E*ſaias capite.55.

Matth. 16. *Michee.5.* *Col.2.* *Luce 2.* *Chriſtus eſt Doctor noſter.*

te 55. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.

Teſtatur Chriſtus per ſuam humanitatem, per ſuam doctrinam & innocentem mortem, patrem velle fidelibus ad Deum ſe conuertentibus, clementem eſſe & propitium nec velle mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezec. 18. Hæc eſt voluntas Dei, inquit Chriſtus, vt omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo, ſed Ioan. 6. reſuſcitem illud in nouiſsimo die & dem illis vitam æternam.

Ille eſt ſempiternus ille princeps pacis, qui Eſaie 9. potenter nos liberat à principe huius mundi. Ipſe quoque eſt præceptor ac doctor, qui docet nos verbū Spiritus & vitę. Si manſeritis in me, inquit Chriſtus, & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis, petitis, & fiet vobis. Si quis diligit me, ſermonem ſeu doctrinā meam ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Ioan. 14.

Qui audit verba mea, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternā etc. Verba enim huius cœleſtis doctoris ſunt Spiritus & vita, Ioan 6.

Exultate igitur & lætamini filiæ Sion, id eſt, Chriſti fideles, qui eſtis in Sion, hoc eſt, in catholica Eccleſia. Neque enim contingit hoc gaudium illos, qui non credunt, quiq; ſunt extra Eccleſiā. Gaudete in Spiritu ſancto, ô Chriſtiani, gaudete in domino ac Deo veſtro, in Deo Philip. 4. patre cœleſti, qui eſt pater omnis miſericordiæ, & Deus totius conſolationis, 2. Cor. 1. quòd ex mera gratia & charitate dederit vobis

T vnige-

vnigenitum filium ſuum, doctorem iuſtitiæ, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, etc.

Chriſtus eſt iuſtitia noſtra. 1. Cor. 1. Tit. 2. Hier. 31. Matth. 16 Deus dedit nobis filium ſuum, Eſaiæ 9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: non tantùm vt eſſet iuſticia noſtra, & redimeret nos ab omni iniquitate, ſed vt facere etiam iuſticiam nos doceret, & mūdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, vtque in die nouiſsimo, præmio afficeret iuſticiam credentium, quandò reddet vnicuique ſecundū opera ſua. Rom. 2. O verè magnificum & precioſum munus Dei noſtri, quòd dederit nobis Chriſtum Ieſum doctorē iuſticiæ, per cuius gratiam & doctrinā credentes puri Dei filij & conſortes diuinæ naturæ atque hæredes bonorum cœleſtium efficiantur.

Pſal. 10. Quoniam igitur Deus requirit ab homine iuſticiam (iuſtus enim eſt & iuſticias diligit) iuſtos ſaluos faciens, & iniuſtos condemnans, Matth 25. Heb. 7. Fuerunt ergo qui docuerunt iuſticiā legis, oblationes, ablutiones, ſanguinis vitulorum aſperſiones, neomenias etc. Sed hæc non potuerūt hominē perducere ad perfectionem, nec fuerūt iuſti corā Deo. De his loquitur Paulus Rom. 10. Ignorantes iuſticiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti. Rom. 11. Iuſtitia legis nos iuuare non potuit: tametſi omnes homines cōcluſi eſſent ſub peccato. Gal. 4. Miſertus igitur eſt hominum Deus, vbi venit plenitudo tēporis, & tempus miſerationis & miſit nobis verū doctorem iuſticię, quem Hieremias vocat dominum iuſtum noſtrum cap. 23. vt eſſet ſanctificatio, iuſticia & redēptio noſtra etc. 1. Cor. 1.

1. Cor. 1. Hic per ſanctam humilitatem ſuam ad nos venit, adducens ſecum gratiam, veritatem & ſanctificationem etc. Quæ gratioſè communicat fidelibus, vt per Chriſtum iuſti & ſancti inueniantur in vitam æternam.

Vt autem homo poſt lapſum haberet quid ex gratia Dei, per quod Deo placeret & acceptus eſſet, promiſit Deus hunc iuſticiæ doctorem, quod omnes, qui crederent, in eum, ſalui futuri eſſent per ipſum. *Ioan. 3.*

Magnifica & plena conſolationis erat promiſsio poſt lapſum, cùm diceret Deus, quòd ſemen mulieris contriturũ eſſet caput ſerpentis: Hoc eſt, filius Mariȩ perpetuȩ virginis nos redẽpturus eſſet à poteſtate Sathanæ. Eccleſia legit, Ipſa conteret caput tuum, ad denotandum incarnationis filij Dei myſterium. Vt ergo ſciremus, virín e an mulieris ſemen illud facturum eſſet, legitur ipſa, & non ipſum, quo ſignificaretur Chriſtum naſciturum ex virgine, & nõ ex virili ſemine, Eſa. 7.

Deinde factȩ ſunt promiſsiones Abrahæ & Dauid, de aduentu veri Meſsiæ, quem nominat Dauid filiũ Dei, Pſal. 2. quod etiam denotat vocabulum Innon, in Pſal. 71. Hieremias etiam Propheta hunc doctorem iuſticiæ appellat nomine tetragrammato iehoua cap. 23.

Quocircà omnibus, qui Deo accepti fuerunt, & in quibus ipſi fuit beneplacitũ, facta eſt per fidẽ repromiſsio de hoc doctore iuſticiȩ: quam fidem etiam oblationibus atteſtati ſunt. De quibus Paulus, Hebr. 11. Abraham in fide vidit diem Domini & gauiſus eſt, Ioan, 8. Agnus

Chriſtus in figura occiſus eſt ab initio mundi, Apoc. 13. Imò omnia in figura illis contigerũt, donec veritas ipſa venit, & nobis locuta eſt, Heb. 1.

Propterea populus Iudaicus in ſuis Moſaicæ legis obſeruationibus perijt, quoniã non crediderunt Chriſto, nec ſuſcipere voluerunt illum, in quo eſt iuſticia, quę ſola Deo eſt accepta.

Omnibus verò fidelibus facta eſt Dei virtus & diuina ſapientia, de cuius plenitudine & abundantia accepimus gratiã & iuſticiam. Dedit etiam poteſtatem filios Dei fieri, omnibus qui credunt in nomine eius, Ioan. 1. Dedit gratiam pro gratia, id eſt: pro Moſaica & carnali lege, dedit nobis legem noui teſtamenti, legem Spiritus & vitę, ſcriptã digito ſuo, Spiritu ſancto in cordibus hominum, Hierem. 31.

Quocunque nunc indiget homo ad conſequendã vitam ęternã, id omne inuenit in Chriſto Ieſu, ex cuius gratia fidelis bona cogitat, bona loquitur, bona operatur. In illo habet remiſſionem peccatorum, gratiam & pacem, veram iuſtitiam & vitam æternam.

Porro neceſſarium eſt credenti, vt poſt gracioſam hanc communicationem & ſuſceptionẽ iuſticię in Chriſto Ieſu per fidem in lauacro regenerationis & renouationis, viuat & agat ſecundùm doctrinam huius iuſticię doctòris, qui etiam eò datus eſt nobis, vt doceret nos facere iuſticiam, quandoquidem Deus non redditurus eſt homini ſecundùm iuſtitiã, quæ Chriſtus factus eſt fidelibus, ſed retribuet vnicuique ſecundum opera ſua. Matth. 16. 1. Cor. 3.

Tit. 3. *Chriſtus etiã docet facere iuſtitiam.*

Rom. 2.

Id-

Idcircò ſeruis ſuis, qui aliquot talenta, id eſt, chariſmata ab ipſo acceperunt, mãdauit, vt negociarẽtur donec veniret. Diſcipulis nõ ſolùm *Luca 19.* mandat Chriſtus prædicare fidem & baptizare, ſed & docere baptizatos, ſeruare omnia quæ præcepit eis, Matth. 28. Docet Chriſtus iuſticiam fidelium debere abundare plus quàm iuſticiam Scribarum & Phariſæorum, Matth. 6. Qui facit iuſticiam, iuſtus eſt, inquit Ioannes. *1. Ioan. 3.* Requirit Chriſtũs bonos fructus ab arbore, nec ſuſtinet eſſe contentus inani oris crepitu. Matt. 7. Dicit: Quid me vocatis domine, domine, & non facitis quæ dico? Luc. 6.

Eſt dominus noſter, ergo reuerebimur illum: eſt pater noſter, igitur diligemus eum, Malach. 1.

Bona opera quæ operatur fidelis, vtilia ſunt homini & ſalutaria, Tit. 3.

Hic doctor aperuit os ſuum, & docuit diſcipulos ſuos in monte, Matth. 5. 6. 7.

Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, inquit Chriſtus, Ioan. 14.

Doctrina noſtri doctoris eo dirigitur, vt ſine *Philip. 2.* querela ſimus, & puri corã Deo & hominibus. Doctrinam doctoris noſtri audiemus & faciemus, vt ſeruiamus Deo in ſanctitate & iuſticia omnibus diebus noſtris. Nã vbi moritur fidelis, ſequuntur eum opera ſua ad tribunal Chriſti. *Matth. 7. Luc. 1. Apoc. 14.*

Hic doctor etiam vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Dicturus iniquis: diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eſuriui enim & non dediſtis mihi mãducare etc, & quandiu non feciſtis vni de minori- *Matth. 25.*

 bus

bus his, nec mihi feciſtis. Ligatis manibus & pedibus proiicite ſeruum inutilem in tenebras exteriores.

Quamobrem ſatagere debent fideles per bona opera certã facere vocationẽ & electionem
2.Pet.2. Luc.8. ſuã, vt docet Petrus, & bono imò optimo corde audire verbum *D*ei, quod Chriſtus doctor noſter loquitur per ſuos Apoſtolos, Euangeliſtas, Prophetas, doctores & paſtores ſeu Præſides *E*ccleſię, Ephe.4. Ipſe enim dominus dixit, Lu. 10. Qui vos audit, me audit etc. Sunt legati Dei, per quos loquitur *Deus*, & poſuit in illis verbum reconciliationis, 2.Cor.5.

Et quia in nouiſsimis hiſce temporibus quidam falſarij & deprauatores ſcripturarum fideles eò inducere contendunt, quaſi bona opera ad ſalutem neceſſaria non ſint, ſed ſufficere homini, vt credat, ex quo ſuppullulat leuitas vulgi, grandis inobedientia, contemptus pœnitentiæ, mala conſcientia & libertas carnis etc. *E*a propter omnes quotquot adhuc ex gratia Dei ſtant in recta & catholica fide, ne ſeducantur ſeriò monemus, vt legant & audiant verbũ Dei in ſenſu & intellectu ſuo, quem dedit Spiritus ſanctus, doctor veritatis, & dominus aperuit ſenſum ſcripturæ ſuis diſcipulis, vt intelligerẽt ſcripturas, Lucæ 24.

Vt igitur fideles operentur bonum, dum tempus habent, vt ambulent in luce dum dies eſt, nox enim appropinquat, in qua nemo operibus mereri poteſt: idcirco in vſum Chriſtianorum quaſdam ſuccinctas gnomas & ſententias de bonis operibus ex ſacra Scriptura aſsignabimus,

gnabimus, vt alacriores & expeditiores ſint ad obtemperandum doctori iuſtitię in ſalutem æternam. Heb. 5.

Ioannes Apoſtolus inquit. Omnis qui nõ eſt iuſtus, non eſt ex Deo, 1. Ioan. 3.

Qui dicit ſe noſſe Deum & mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt, 1. Ioan. 2. Et 1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte. Diligere autem oportet non verbis, lingua, ſed operibus & in veritate.

Docet & Petrus bona opera: miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autẽ abſtinentiam, in abſtinẽtia autem patientiá, in patiẽtia autẽ pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore autẽ fraternitatis charitatem. Hęc enim ſi vobiſcũ aſsint & ſuperent, non vacuos nec ſine fructu vos cõſtituẽt in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, 2. Pet. 1.

D. Iacobus Apoſtolus euidentiſsimè docet, Quid prodeſt, inquit fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habere, opera autẽ non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Quaſi dicat, non. Fides enim ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Tu credis quoniá vnus eſt Deus. Bene facis. & dæmones credunt & contremiſcunt. Vis autem ſcire, ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt? etc. Vbi demonſtrat Abraham iuſtificatum eſſe ex operibus etc. cap. 2.

Matth. cap. 5. ſcribit dominum dixiſſe. Beati pauperes ſpiritu. *B*eati mites. *B*eati qui lugent:

Beati pacifici. *B*eati qui eſuriũt iuſticiã etc. Hæc ſunt bona opera, his promittitur vita æterna.

Diligite inimicos veſtros etc. & eritis filij patris veſtri cœleſtis.

Iniquis verò dicturus eſt in nouiſsimo die, Diſcedite à me operarij iniquitatis. Matth. 7.

Marcus c. 10. ait. Qui dereliquerit propter me fratres, ſorores, *P*atrem etc. centuplum hic recipiet, & vitam ęternam poſsidebit.

*C*ùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſum aliquẽ, vt & pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra Mar. 11. Quod ſi vos nõ dimiſeritis nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

Si habuero omnem fidem, inquit Paulus, 1. Cor. 13. charitatem autem non habeam nihil ſum. *E*iuſmodi ſententijs ſcatent ſcripturæ, ex quibus merito ad ſanctã & chriſtianam fidẽ & vitam induceremur, quã docuit nos ille noſter iuſticiæ doctor Chriſtus Ieſus.

Vocat eum Malachias Solem iuſticiæ. Chriſtus enim non ſolùm nos docet, ſed illuminat quoque corda noſtra ad fidẽ, vtq̀ue in charitate *D*ei viuamus & ambulemus. Ioan. 9. Epheſ. 5.

Dicit inſuper Propheta, daturũ nobis Deum imbrem matutinũ & ſerotinum, ſicut in menſe primo. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino. Per imbrem intelligi poteſt Chriſtus Ieſus dominus noſter, & ſancta eius doctrina. In Hebręo enim vocabulum Moreh ſumitur pro doctore, & pro imbre. Hunc imbrem deſiderat Eſaias: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur

terra

terra & germinet Saluatorem. ca.45. Hic gratioſus, ſuauis & conſolatorius imber internum hominem irrigabit, pinguefaciet & confortabit ad fructus ſpiritus producendos.

Homo in ſcripturis appellatur terra. Sic Deus primum hominem vocabat Adam id eſt terra. Homo autem à ſemetipſo aridus eſt & ſterilis: eoque promittit Deus hunc cœleſtem imbrem, qui nos ſucculentos & frugiferos reddat in gratia ſpiritus ſancti, vt areæ & torcularia noſtra bonis operibus prorſus impleantur. Sic Maria mater domini fuit gratia plena. Luc. 1. Et Stephanus plenus fuit fide & gratia. Act. 6. Itidem diſcipula Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas, plena erat operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat. Act. 9.

Fidelis plenus operibus bonis.

*D*iuites erunt in bonis operibus diuites. 1. Timoth. 6.

*D*e hac plenitudine loquitur *P*aulus. Rom. 15. Deus ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti. Certus autem ſum fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia &c.

Repleti (ſitis) fructu iuſticiæ, inquit Paulus *P*hilip. 1. Et quemadmodum olim Deus chariſmatis ſuis irrigauit Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, &c. qui ſalutaribus verbis & operibus ſuis pellexerunt, perduxerunt & commouerunt ad vnius veri Dei agnitionem: Sic etiam Apoſtolos ſuos chariſmatis perfudit, illiſque vt pura & ſancta doctrina homines irrigarēt, vt ad iuſtam vitam adoleſcerent, mandauit. *E*go plan-

Matt.28. Ecce ego vobiſcũ ſum, vſque ad conſummationem ſæculi. Dat præterea nobis imbrem matutinũ gratiam ſuã præuenientem, & ſerotinum, quòd promittat nobis beatã mortẽ ſi fructus ſpiritus proferamus. Inſuper pollicetur ſe omnibus fidelibus omni tẽpore fore clementem & propitium, in iuuẽtute & ſenectute. Curat verbum ſuum iunioribus annunciari, & ad pœnitentiam extimulari: hoc ſi neglexerint, non tamen ceſſat benignus Deus pluere, etiam in ſenectute hominis. Vocat aliquos in vineam ſuam primo mane hora prima, aliquos hora tertia, ſexta, nona. Imò & aliquos admodum ſero circa vndecimam horam. Matth.20.

Non enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezec.18.

Agit quoque patienter, differens vindictam propter nos nolẽs aliquos perire ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. *Pet*.3.

Talis igitur Dei bonitas & patiẽtia anne merito nos ad pœnitentiam commoueat? Rom.2. Quomodo effugiemus iram Dei ſi neglexerimus tantam ſalutem? Heb.2.

Dicit Dominus per *Prophetam*: Et comedetis veſcẽtes & ſaturabimini & laudabitis nomen domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum.

Quia per exceſſum in cibo & potu Deus ſæpenumero grauiter offenditur: & ſcriptura nos monet attendere ne corda noſtra grauentur crapula & ebrietate etc. Lucæ 21. *Propter* crapulã enĩ multi obierũt. Noli auidꝰ eſſe in omni

epula-

epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad cholerā Eccl. 37. Diuus Paulus quoque crapulā & ebrioſitatem appellat opera carnis, quibus negatur regnum Dei. Gala. 5. Ea propter loquitur Propheta de ſaturitate & plenitudine diuini verbi & ſcientiæ Dei. Vnde & Eſa. cap. 11. Repleta eſt terra ſcientia domini. O magnam gratiam & benedictionem, quando Deus largitur populo ſuo fideles doctores iuxta cor ſuum, qui paſcant eos ſcientia veræ & vnicæ fidei & doctrinę ſanctæ & iuſtæ vitæ. Hierem. 3.

Quando iratus eſt Deus populo ſuo, mittit famem non panis, ſed audiendi verbum domini. Amos. 8. Facit etiam propter peccata populi regnare hypocritam. Iob. 34. Tradentur in reprobū ſenſum illi qui charitatē veritatis nō receperūt, vt credant mendacio. 2. Theſſ. 2. Sic qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Apoc. 22.

Propterea Deus promittit ſe populum ſuum ſaturaturum pura & Apoſtolica doctrina, qui ex mandato Chriſti euntes peragrarūt vniuerſum orbem & prędicarunt Euangelium & omnes Iudæi & Gentiles qui per verbum Apoſtolorum crediderunt in Ieſum Chriſtum & peruenerunt ad agnitionem ſcientiæ domini, laudauerunt & benedixerunt nomen domini. *Marc. 16.*

Hæc ſunt mirabilia, quæ Deus fecit cum homine ad ſempiternam eius ſalutē. Satiabit quoque & replebit eos voluptate Paradiſi cœleſtis, dicetque illis, comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi. Can. 5. Ego diſpono vobis

ſicut

ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Luc. 22. Faciet illos diſcumbere & tranſiens miniſtrabit illis Lucæ 12. Potabit eos torrente voluptatis. Pſal. 35. Fruentur ſummo bono. Ecce ſerui mei, ait Deus, edent, bibent, lætabuntur &c. Eſaiæ 65. Hic populus Dei electus Deum in cœlis laudabunt & benedicent in æternũ. Apocal. 7. Dominus etiam omnem contumeliam, contemptum & perſecutionem tollet à populo ſuo, & erunt corona gloriæ in manu domini in ſempiternum. Eſaiæ 62.

Sic videmus verba Prophetæ non principaliter intelligi de corporali ſaturitate, quã Deus etiam malis ſępenumero confert. Imò impij nõ rarò largioribus donis à Deo cumulãtur, quàm boni, Sinitque ſolem ſuum oriri ſuper iuſtos et iniuſtos. *Matth. 5.*

Quamobrem conſpicitur hoc mirabile Dei opus in diſpenſatione puri verbi Dei & ſaluificatione populi ſui. *Fortitudo magna Dei quæ.*

Fortitudo mea magna. Mirum videri poteſt, Deum minuta hæc animalcula locuſtas, ęrucas & bruchos appellare fortitudinem ſuam magnam, ſeu magnum ſuum exercitum. Quando iratus eſt Deus & vindicare inſtituit, frequenter exiguum quid ad vindictam vſurpat. Haud magno eget exercitu et apparatu bellico, tormentis, lanceis, armaturis, loricis etc. ſed minutis vtitur ad perdendum peccatorem, vt ſubinde quis vel in culmum duntaxat impingens, mortuus concidat, vt vno vini hauſtu lætalem plagã ſibi accerſat: aut pleuritis latus inuadat,

calcem

Ezec.14. calcem ſpina transfodiat &c.

Si igitur hęc efficit Deus beſtiola tam minuta, quid futurũ, ſi in furore & ira ſua immittat leones, lupos, dracones, gryphones, ſerpentes, viperas?

Hîc ſuperbia, pompę & faſtus hominum domatur, ne quid moliantur aduerſus Deum potentia, robore, diuitijs, populo &c. Siquidẽ robuſtum & cataphractũ bellatorem vnico gurgulione poteſt proſternere. Vermes potentem Antiochum, & immanem illum Tyrannũ Herodem excruciarunt, corpora eorum arroſerũt & momorderunt.

Vtebatur Deus ad affligendos ferociẽtes Ægyptios nõ gladio aut haſta etc. ſed muſcis, ranis, locuſtis, culicibus, & tamen vniuerſa Ægyptij exercitus vis non potuit ijs obſiſtere.

Murum rabies. Vide Sebaſt. Munſter li.4. coſmograph. de Polonia. Ibem ibidem l.3. de germania.

Affligebat Deus bellicoſos illos Philiſtæos muribus in Aſoto. 1. Reg. 5. Pompilius rex Poloniæ dicere ſolebat. Vtinam me mures deuorarent. Qui cùm aliquot ſuorum conſanguineorum veneno ſuſtuliſſet, mures cateruatim ex ſepulchris eorum proruebant ipſumque regem, vxorem & duos eius filios deuorabant.

Legitur de magno quodam principe, qui videns magnã annonæ caritatẽ, congregauit in horreo plurimos pauperes eoſq; concremauit. Dicebat enim nõ differũt hi à muribus qui frumentũ depaſcunt, ad nihilum vtiles. At Deus tantã tyrannidem inultã non dimiſit immittẽs frequentiſsimũ muriũ agmen, qui principẽ arrodebãt, vſque adeo, vt diu noctuq; perpetuo illum

illũ infeſtarent quæcunq; etiã quæreret ſubterfugia. Quin & nominis memoriã cũ inſignijs ex tapetibus & parietibus abrodebant. Vt autẽ ſecurus eſſet ab impetu murium, turrim in medio Rheni flumine extrui curans, in eam ſe recepit. Cæterum mures cateruatim per Rhenum natantes, turrim inuaſerunt, ipſumque Principem ad ipſa vſque oſſa cõſumpſerunt ac deuorârunt donec miſerabili morte vitam finiret.

Fuit quidam Conſul in ciuitate quadã prorſus immitis & durus erga pauperes. Quãdo apparitores indicabant adeſſe pauperes quoſdam clientulos, negotia quædam corã ipſo tractanda habentes, ſolebat dicere? Quid mihi rei cum pediculoſis mendicis?

Cæterum Deus eiuſmodi faſtum non reliquit impunitum. Cùm aliquando hic Conſul in curia magnifico cuidam viro adeſſet, contracto morbo domũ reuerſus, lecto decubuit, tantaque pediculorum vis eum inuaſit, vt etiã ex cordis ventriculo ſcaturirent, ipſumque cor conſumerent, atque ita miſerabili morte eũ afficerent.

Fuerunt ibi pediculi fortitudo *D*ei magna. Et quid eſt quæſo omnis noſtra oſtẽtatio, faſtus & ſuperbia? *E*cce mittit Deus robuſtũ & mordacem, exiguum nempe pulicem, qui in aurem irrepens, adeò hominẽ inquietat, vt nec quieſcere nec ſomnum videre poſsit.

Sic quando mundus faſtu & magnificentia præfulget, ne ſuæ obliuiſcatur homo miſeriæ, euenit nonnunquam, vt pulex ſub aureo torq; vſqueadeo cutẽ arrodat & fodicet vt cor

con-

contremiſcat.

Sic ad humilitatem cõmouebimur, ſi muſcę nos inquietent aut mordeant, & pulices pũgant etc. vt vilitatem noſtrã conſideremus & agnoſcamus, quando exiguæ etiã beſtiolæ nobis incommodãt. De hoc etiam loquitur Aug. in *Ioannem*, Tract. 1.

Quin & magna nonnunquã facit *D*eus per parua. Adoleſcentulus adhuc Dauid ſuperat validum illum Gygantem Goliath. Idem iuuenis etiamnum opilio vincit leonem & vrſum. *D*aniel inter famelicos leones reſidet veluti angelus. Referũt ſcripturæ, quo pacto Deus paucis quandoque hominibus formidabiles, robuſtos & potentes exercitus proſtrauerit.

Mundus magnificè ſe inſtruit, vtitur terribili apparatu, tam equeſter quàm pedeſter, proclamitans. Inſultetis licet & calcibus feriatis, Tãtæ ſunt copiæ tam numeroſus & validus eſt exercitus noſter, non inquirimus auxilium aut robur penes Deum. Sperãt & confidunt in ſua virtute. Verùm vbi res maximè ſecundas eſſe exiſtimant præcipites corruũt & incurrunt opprobrium. Videmus illud in Pharaõne, in Holopherne, in Sennacherib, in Antiocho, in Herode, in Iuliano, in Nerone, in Balthaſare Regẽ Babyloniæ etc.

*H*æc dicit Dominus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei *P*ſal. 146.

Nolite confidere in principibus in filijs hominum

minum in quibus non eſt ſalus. Pſal. 145. Qui verò habitat in adiutorio altiſsimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Pſal. 90. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in domino Deo ipſius, qui fecit cœlum & terrã, mare & omnia quę in eis ſunt, qui cuſtodit veritatem in ſæculum. *Pſal. 145.*

Et erit poſt hæc effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, et prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum.

Videmus hic quàm diues ſit Deus in chariſmatis & muneribus ſuis erga nos miſeros mortales. Poſtquã enim nobis promiſit doctorem iuſticię Chriſtũ Ieſum ſeruatorẽ totius mundi, promittit inſuper quoque ſe daturũ nobis Spiritum ſanctum, magnũ hoc & nobile Dei munus, per quod diuinæ naturæ conſortes efficimur. In hoc cognoſcimus, inquit Ioannes, quoniam in Deo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſancto dedit nobis. 1. Ioan 4. Hic doctor iuſticiæ per doctrinã ſuam pręparauit populum in habitationem Spiritus ſancti. Nam ſi quis diligit me, ſermones meos ſeruabit, inquit Chriſtus, Ioan. 14. & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vos mũdi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis: Vbi requieſcet ſpiritus, niſi ſuper humilẽ & quietũ & trementem ſermones meos? Eſaiæ 66. Qui enim verba Dei audit, ex Deo eſt. Ioan. 8.

2. *Pet.* 1.

Purificantur etiam hominum corda per fi-

dem. Acto. 15. Eſtque verbum domini veluti ignis exurens & exiccans prauos carnalium voluptatum humores. Hie. 23. Cum prædicaret Petrus verbum Dei, cecidit ſpiritus ſanctus etc. Actor. 10.

Propterea dicit Ioel. Poſt hæc, ſcilicet poſt aduentum magni Prophetæ, doctoris iuſticiæ, & poſt adimpletas figuras & Prophetas qui de Chriſto vaticinati ſunt, effundā, inquit Deus, de Spiritu meo etc. Sic loquitur Hieremias cap. 31. Poſt dies illos dicit dominus dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde ſcribam eam. etc.

Actor. 2 Hæc tam largiflua Spiritus ſancti effuſio facta eſt potiſsimū in die Pentecoſtes: quēadmodum hoc teſtatur Petrus, allegans hęc verba Ioelis Prophetę. Viri Iudęi, & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi hoc vobis notum ſit & auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cùm ſit hora diei tertia, *De miſsione Spiritusſācti.* ſed hoc eſt quod dictum eſt per prophetā Ioēl. Et erit in nouiſsimis diebus (dicit dominus) effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri etc. Effundet Spiritum ſuū, amorem patris, & filij qui ex patre filioq; procedit, æqualis ſubſtantię, naturę, maieſtatis & potentiæ cū patre & filio, qui & cum patri & filio ſimul adoratur, qui nos perducit et conuertit ad Deū. Ille nobis donat vitam gratiæ, ille eſt principium noſtræ illuminationis, eſt enim ſpiritus lucis & veritatis. Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris. 2. Cor. 4.

Ipſe

Ipſe quoque eſt principium omnium bona- Rom.8.
rum cogitationum verborum & operum. Deus in nobis operatur velle & perficere. Phil.1. Domine, inquit Eſaias, omnia opera noſtra operatus es nobis Eſaiæ.26.

Hunc diuitem, ſanctum, bonum, fortem & purum ſpiritũ effudit Deus ſuper omnem carnem. Verbum effudit, indicat diuinæ gratiæ & miſericordiæ abundantiam, quemadmodum prępotens quiſpiam monarcha aurum & argẽtum ſpargit in vulgus ad indicandã potentiam opulentiam & libertatem ſuam. Explicat Paulus. Tit.3. Effudit Deus Spiritum ſuum in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum etc. Sic igitur effudit Deus ſpiritum ſuum ſuper omnem carnem. Per carnem intelligitur homo Eſaiæ 40. Omnis caro videbit ſalutare Dei. Ioan.1. Verbum caro factum eſt & Pſa.64. Ad te omnis caro veniet.

Expendamus nũc magnificum Dei munus: Quid enim eſt caro ſine Spiritu. Caro eſt terrena, quærit terram, diligit terram: Spiritus verò Dei in carne id eſt in homine, eleuat ipſum vt quærat, diligat & mediteur cœleſtia. Quo igitur plus habet de Spiritu caro, eo magis eleuatur in Deum.

Videre eſt hoc in rebus naturalibus. Auis quo magis eſt terreſtris, eo minus in altum prouolare poteſt.

Porrò Spiritus Dei promittitur illis qui habẽt cor carneũ, qui ſequaces & morigeri ſunt verbo Dei, ductui & commotioni Spiritus ſancti, de quo loquitur Ezechiel propheta cap.11.

Promittitur etiã omni carni, Iudæis & Gentibus, quotquot verbum per fidem ſuſcipiunt. Non enim eſt Deus acceptor perſonarum, inquit Petrus, ſed in omni gente qui timet eum, acceptus eſt illi, ſiue Iudæus ſit ſiue Gẽtilis. Act. 10. Sicut mortuus eſt Chriſtus pro omnibus gentibus, ſic & curat per ſpiritũ ſuum ſanctum annunciari cuilibet gratiam, pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnibus Gentibus. Lucæ 24. Mandauit & Chriſtus ſuis Apoſtolis prædicare Euangelium in vniuerſo orbe omnibus gẽtibus. Matt. 28. Marci 16. Rom. 10. Non enim miſit Deus filium ſuum in mũdum vt iudicet mundum, ſed vt mundus ſaluetur per ipſum. Ioan. 3. 1. Tim. 2.

De operatione Spiritus ſancti. Nunc audiamus de operatione Spiritusſancti. Filij veſtri & filiæ veſtræ prophetabũt. Quẽadmodum in veteri teſtamento quædam filiæ prophetârũt, veluti Delbora Iudic. 4. & 5. Prophetiſſa Olda, 4. Reg. 22. Maria ſoror Moiſi, Iudith, Heſter, etc: Sic in nouo teſtamẽto prophetarunt Maria mater domini. Luc. 1. Elizabet, Prophetiſſa Anna. Lucæ 2. filiæ Philippi, quæ prophetabant Antiochię. Act. 21. Sic Magdalena, Maria Iacobi, Salome, Ioanna. etc. De his filiabus loquitur Lucas Actor. 1. Apoſtoli erant perſeuerantes vnanimiter in oratione, cũ mulieribus & Maria matre Ieſu etc. & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.

Filij ſunt Apoſtoli, quos appellat Chriſtus filios ſponſi. Matt. 9. Marci 2. Luc. 5. & filios Iudæorum Lucæ 11. Filij veſtri in quo eijciunt?

Quid ſit prophetare. Prophetia autem eſt, & vocatur doctrina de rebus

rebus diuinis, quæ ſine Spiritu ſancto cognoſci non poſſunt. Sic Lucas illud Apoſtolorum, prophetare, vocat loqui varijs linguis magnalia Dei, loqui de diuinis & cœleſtibus myſterijs, perhibere teſtimonium Chriſto, vt viuo & æterno Dei filio, ex lege Moiſi, ex Prophetis & Pſalmis. Sic Paulus prophetare vocat ſcripturam ad ædificationem fidei explicare *1. Cor. 14.* Erat ſane & ſtupenda res, quòd Apoſtoli, indocti & ſimplices piſcatores habituri erant verum & genuinum ſcripturarum intellectū, veramque & perfectam cœleſtis ſcientiæ cognitionem, qua Gentiles Philoſophos, & idololatras Reges conuincerent, & cœcutientes homines ad lumen fidei perducerent ex cooperatione Spiritus ſancti.

Senes veſtri ſomnia ſomniabunt. Senes hi ſunt agricolæ, ſeu plantatores primitiuę Eccleſiæ, qui partim non annis duntaxat ſenes fuerunt, ſed prudentia & vita ſancta. De hoc ſenio Sapient. 4. Sunt & illi ſenes, quos ſcriptura vocat Presbyteros ſiue diſcipulos Apoſtolorum. Præterea ſenes hi dici poſſunt Apoſtoli ſiue epiſcopi, quos Apoſtoli per impoſitionem manuū prępoſitos Eccleſię Dei ordinârūt. Hi quoque reuelationes diuinas in ſomnis habuerūt à Spiritu ſancto ad ſalutem Eccleſiæ. id eſt, ſpiritus ſanctus ſecretè ſuggeſsit illis intellectum verborum Chriſti. Mouet Deus quorundam mentes & linguas: quidam rapiuntur in Spiritu, quibuſdam loquitur Deus in ſomnijs. Numeror. *12.* Si quis fuerit inter vos Propheta domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium

Loquitur quandoque Deus homini per ſomnium.

Ioan. 14.

loquatur ad illum. De viſione in ſomnis dicit Iob. 33. capit. *Per* ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum & & erudiens eos inſtruit diſciplina. Vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de ſuperbia. Eruens animam eius à corruptione, & vitam illius, vt non tranſeat in gladium. Sic Deus in ſomno loquitur ad Abimilech. En morieris propter mulierem quã tuliſti: habet enim virum Gen. 20. Ioſeph videt in ſomno Solem & lunam & vndecim manipulos ſe adorare Gen. 37. Iacob videt in ſomno ſcalam à terra ad cœlum vſque pertingentem Gen. 28.

Deus cum Salomone loquitur in ſomnis. 3. Reg. 3.

Daniel videt mirabilia in ſomno. Daniel. 7.

Ioſeph in ſomnis videt Angelum domini ſecum loquentem Matt. 1.

Tres Magi admonentur ab Angelo in ſomnis, ne redeant ad Herodem. Matt. 2.

In ſomnijs autem probandi ſunt Spiritus an etiam ſint ex Deo, vt monet Ioannes 1. Ioan. 4.

Iuuenes videt viſiones. Iuuenes veſtri viſiones videbunt. Iuuenes hi ſunt diſcipuli diſcipulorum Apoſtolorum, vel illi qui per verbum Apoſtolorum, ſeu ſeniorum conuerſi ſunt ad fidem chriſtianã. *P*oſſunt etiam dici iuuenes, ſimpliciores & rudiores, qui necdum habent plenum ſcripturarum intellectum, qui prompti ſunt & parati audire & diſcere fidei myſteria à prophetis, doctoribus & paſtoribus quos Spiritus ſanctus dedit ad ædificationem

cationem Eccleſiæ ſuæ. Epheſ. 4. Vnde & Lucas inquit Actor. 13. *Erat in Eccleſia, quæ erat Antiochię, & Prophetę, & doctores etc.*

Hi iuuenes viſiones videbunt, hoc eſt, verum intellectum ſcripturarum ex pura declaratione verbi Dei. Declaratio enim ſermonum tuorum intellectum dat paruulis Pſal. 118. *Et* Eſaiæ 32. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auſcultabunt. Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam. Iuuenibus dicitur, *I*nterroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi. Deu. 32.

Humiles qui intellectum ſuũ ligant in ſeruitutem Chriſti 1. Cor. 9. iuuenes quoque appellari poſſunt. His reuelat ſpiritus ſanctus veram ſcientiam & ſapientiam *I*acob. 4. Humilibus *D*eus dat gratiam & paruulis intellectum & prudentiam. Pſal. 118. De his dicit Chriſtus Matt. 11. Cõfiteor tibi pater cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis.

Hi paruuli habent verum vnius fidei intellectum, qui elatis & faſtuoſis ſectis eſt abſconditus. Euangelium noſtrũ, inquit Paulus, opertum eſt in ijs qui pereũt. Quamobrem clamabunt iuuenes ad Deum cum *P*ropheta: reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. *P*ſal. 118.

Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum.

*P*romiſsio hæc ad omnes pertinet fideles, quotquot ſunt & erunt vſque ad nouiſſimum diem, quibus gratia Spiritus ſancti datur

Qui ſint ſerui & ancillæ domini. in diebus ſalutis. 2. Cor. 6. Chriſtus enim dedit Spiritum ſuum Eccleſiæ ſuæ, vt maneat cum illa in ęternum, & doceat eam omnem veritatem.

Sic ſpiritus ſanctus non ſolum collatus eſt pijs fidelibus, qui ante nos fuerunt, ſed etiamnum quotidie effunditur in omnes humiles & ſynceros fideles, qui per ſeruos & ancillas intelliguntur.

Effundit autẽ ſpiritum ſuum ſuper ſeruos, qui ſeruiunt domino in ſanctitate & iuſticia. *1. Cor. 1.* Pater miſericordiæ & Deus totius cõſolationis effundit Spiritum ſuum in ſacramentis, in Baptiſmo, in Confirmatione, in pœnitentia, in Sacramento Altaris, in Ordine, in Matrimonio, in pura doctrina, in deuota oratione. Dat enim ſpiritum bonũ petẽtibus ſe Luc. 11. Effundam ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ precum. Zach. 12.

Et Eſaiæ 44. Noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſsime quẽ elegi. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & flumina ſuper aridã. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuã. Et germinabunt inter herbas quaſi ſalices iuxta pręterfluẽtes aquas etc. Effundit ſuper ſeruos ſuos gratiam gratũ facientem, per quam Deo accepti fiunt, & efficiuntur Tẽpla ſeu domicilia ſancti ſpiritus ſui, per quam ſumus filij Dei & clamamus ad Deum Abba, pater, ſumuſque hęredes bonorum cœleſtium. *Gal. 4.*

Gratia gratum faciens. Porrò gratia gratum faciẽs eſt gratia, quę homine Deo gratũ reddit, & opera eius meritoria

ad

ad vitam æternam, eſtque ſpiritualis profectio & habitus à Deo infuſus in ſubſtãtiam animæ, per quem adipiſcitur formam ad imaginẽ Dei, ipſiſque Deo vnitur.

Effundit etiam ſuper ſeruos & ancillas ſuas gratiam gratis datam. Hęc eſt gratia quę homini gratuito citra meritum ſuũ confertur in vtilitatem & auxilium aliorum hominum, per quam alij ad Deum perducũtur ac diriguntur: nec tamen per ſe gratum hominem facit, nec per ſe reddit opera eius meritoria ad vitam æternam. De hac ait Apoſtol, 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum, in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, alij Prophetia, alij diſcretio Spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult. Notandum quoque eſt, Petrum dicere Acto. 2. Effundã de Spiritu meo: dona enim Spiritus ſancti conferuntur ſecundum menſuram 1. Cor. 12. Non autem dicitur Deum dediſſe nobis de filio ſuo, ſed dediſſe nobis filium ſuum. Eſa. 9. Filius datus eſt nobis. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, etc. & Rom. 8. *Gratia gratis data.*

Et dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinem & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras & luna in ſanguinem, antequam veniet dies Domini magnus & terribilis.

Hæc verba allegat Petrus in ſua concione,

habita in die pentecoſtes, quia ex Spiritu ſancto agnoſcebat horribilem caſum & afflictionem populi Iudaici. Nam quemadmodum illi prius Chriſtum Meſsiam contemnebant, eiuſque miracula reijciebant, ſic & ridebant & exibilabant miraculoſam operationem Spiritus ſancti, qui cùm per Apoſtolos loqueretur varijs linguis magnalia Dei, illi vociferabantur Apoſtolos muſto eſſe plenos. Pari modo & poſtea fecerunt: perſecuti ſunt Apoſtolos, virgis cæciderunt, ejecerunt & interfecerunt, quantumuis illi doctrinā ſuam ſtupendis miraculis confirmarent. Vnde dicebat ad eos Paulus, Vobis oportebat primùm loqui verbū Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce cōuertimur ad Gētes, Act. 13. Dicit & Chriſtus ad Iudæos, Matth. 23. Et noluiſti, videlicet gratiam meam. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Videt hoc Petrus in Spiritu, hunc populum Iudaicum contempturum eſſe gratiam Spiritus ſancti, eoque horribiliter per Titum & Veſpaſianum affligendū, ac dicit. Dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum etc. quemadmodum illud deſcribit Ioſephus de bello Iudaico lib. 7. cap. 17. Et Egeſippus lib. 5. cap. 44. Videlicet ante euerſionem vrbis viſum eſſe in aëre gladiū & cometen, qui ferè per annum ſuprà templū vnà cum curribus & exercitu apparuit. Porta quoque ſolido ære grauis, quæ ſolebat ad veſperam viginti virorum multo claudi labore, obſerata vectibus ferreis per aliquot noctes ſponte reſerata eſt, & vix poſteà à cuſtodibus

Acto. 2.

Acto. 5.

clauſa. Vitula quoque cum immolanda aſtaret altaribus in medio templi, agnum edidit in ipſis ſacrorum celebritatibus. Sacerdotes vocem in templo audierunt, clamantem: Migremus hinc. *P*er ſanguinem denotatur horribilis Iudæorum interfectio & ſtrages. Inſuper & templum eſt ſuccenſum & ciuitas ſolo æquata. Solis conuerſio in tenebras, & lunæ in ſanguinem deſignat horrendam Iudæorum anguſtiã & calamitatem, vt aliqua multa millia ſint vẽdita, cõplura millia interfecta, plurima quoque millia fame conſumpta, vſqueadeò vt mulier quædam proprium filium præ nimia famis vehementia elixauerit. Vnde Propheta hanc tam grauem anguſtiam appellat magnum & terribilem domini diem, in quo Deus ſingulari quodam modo iram & indignationem ſuam in deſerendo & abdicando populo ſuo, ſit declaraturus. Hoc eſt quod Chriſtus dicebat: Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te & coanguſtabũt te vndiq;, & ad terrã proſternent & filios tuos qui in te ſunt, & nõ relinquẽt in te lapidẽ ſuper lapidẽ, eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuę. Huius terribilis & magni diei admonet Chriſtus mulieres, quæ Chriſtum crucem portantem ſequebantur & lamẽtabantur: Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros; quoniã ecce venient dies in quibus dicẽt, Beatæ ſteriles & ventres qui non genuerunt, Luc. 19.

& vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, operite nos. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Luc. 23.

Poſſunt etiam hæc *Prophetæ* verba, quę Petrus in ſua diei *Pentecoſtes* concione allegauit, de tempore Chriſti, in quo ſtupenda & mirabilia contigerunt, intelligi, quæ magnificentiam
1. *Ioan*. 5. Chriſti denunciârunt. Quandoquidem cœlum & terra & omnia quæ in eis ſunt, teſtificantur, quòd Chriſtus ſit viuus filius Dei; qui ſedet ad dexteram patris ſui cœleſtis. Qui etiam tam inſigne donum, Spiritum ſanctum miſit. Cum Chriſtus penderet in cruce, obſcurabatur ſol ab hora ſexta vſque ad horam nonam, Matth. 27. Luc. 22. *De* hac ſupernaturali eclipſi ſcribit Dionyſius Areopagita epiſtola 7. ad Policarpum. Et Ioan. 12. cùm Chriſtus oraret, Pater clarifica nomen tuum, venit vox de cœlo, dicens, Et clarificaui & iterum clarificabo. Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus eſt. Itidem cùm in cœlum aſcenderet Chriſtus, ſuſcepit eum nubes ab oculis eorum: Cumq; intuerentur diſcipuli in cœlum euntem illum, duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis &c. Acto. 1.

Ea nocte qua natus eſt Chriſtus, cœleſtis militiæ multitudo paſtoribus apparuit laudantium Deum ac dicentium: Gloria in altiſsimis *Deo*, Lucæ 2. Apparebat & tribus Magis ſtella noua, quæ perduxit eos in Bethlehem, Mat. 2. Sunt & multa in terris viſa miracula. Cum enim Chri-

ſtus

ſtus crucifigeretur, terra mota eſt, *Petræ* ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant ſurrexerunt. *Matth. 27.*

*J*n reſurrectione Chriſti, factus eſt terræmotus, angelus domini deſcẽdit de cœlo, & reuoluit lapidem ab oſtio monumenti, & præ timore eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui, Matth. 28.

Quin & ſanguis & aqua miraculosè ex latere domini effluxerunt in ſancta cruce. *Ioan. 19.*

Per ignem quoque intelligi poteſt, igneus ille feruor Apoſtolorum, quòd tam ſeriò & intrepidè loquebãtur de Chriſto, accenſi per Spiritum ſanctum. Fecit & Chriſtus complura miracula &c.

Harum rerum admonet populum Petrus ex Prophetis, vt per hęc induceret eos ad fidem. Poſſunt etiam hęc prophetæ verba de horribili illo domini die, in quo venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, intelligi. *D*e hoc tam terribili die verba facit, poſtquam retulit de miſsione Spiritus ſancti, vt quilibet ſciret & agnoſceret, illos, qui gratiam Spiritus ſancti per incredulitatem contemnunt, aut malè & iniquè viuendò negligunt, ſtrictum Dei iudicium non effugituros. Sic plerunque gratiam recenſet ad conſolationem iuſtorum, & vindictam ac terrorem malorum.

Inſuper & illud myſterium ex eo diſcimus, quòd Propheta poſt miſsionem Spiritus ſancti refert de horrendo iudicij die. Angeli enim dicebant de aduentu Chriſti ad iudicium, poſtquam ad cœlos aſcẽdiſſet, Hic Ieſus qui aſſumptus *Act. 1.*

ptus eſt à vobis in cœlum, ita veniet. Sic, vbi retulit *Ioël* de miſsione Spiritus ſancti, in quo ſubindicatur magna Chriſti apud patrem authoritas & potentia, quòd miſit tale tamq; diuinum munus: ſubiungit narrationem de extremo die, in quo magnificētia filij reuelabitur vniuerſo mundo. Hoc enim eſt Spiritus ſancti officium, vt Chriſti magnificentiam & amplitudinem toti mundo inſinuet, qui Patri obediens fuit vſque ad mortem.

Philip. 2.

Non autem poteſt maior & illuſtrior eſſe magnificentia, quàm quod venturus eſt Chriſtus in nubibus cœli, iudicaturus mundum vniuerſum, iuxta poteſtatem, datã illi à patre cœleſti. Sic dicit Chriſtus ad Caipham: Dico vobis, amodò videbitis filiũ hominis ſedentem à dextris virtutis *D*ei, & venientem in nubibus cœli, Matt. 26, Mar. 14. Quaſi diceret Chriſtus. Si non vt verum Meſsiam & viuum Dei filium ex miraculis me agnoſcere ſuſtinetis, videbitis illud & agnoſcetis in futuro ſæculo, quando cũ maieſtate & virtute magna venturus ſum ad iudicium, iudicaturus totum mundum.

Matth. 25.
Ioan. 5.

Sic arguit Spiritus ſanctus mundum de peccato incredulitatis, de iuſtitia, quam in Chriſto non quæſiuerunt; & de iudicio, quod non timuerunt, Ioan. 16.

Hoc tam ſeuerum iudicium Spiritus ſanctus omnibus fidelibus cõſiderandũ præbet, vt Deũ timeant, illiq; dent honorem, Apoc. 14. & dicant cum Dauid: Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui, Pſa. 118. Chriſtus quoq; eiuſmodi docet timorẽ, Mat. 10. Timete

mete eũ qui poteſtatem habet animam & corpus perdere in gehennam. Vult enim dominus ſe diligi, non tantũ vt redemptorem & patrem noſtrum, ſed & vult vt ſe timeamus puro & filiali timore, tãquam venturum iudicem & dominum, Malach. 1. ne confundamur ab eo in aduentu eius, 1. Ioan. 2.

Quando igitur Eccleſiaſtæ fideles ad timorem Dei horrendo extremi diei iudicio extimulant & exterrent, vtentes non tantùm oleo miſericordiæ, ſed & vino diuinæ iuſticiæ, vt conſiderent homines incertum vitæ ſuæ terminum, & certum iudicium, inſuper & mundi finem, & omnium concupiſcentiarum eius, 1. Ioan. 2. quódque hîc non habeant manentem ciuitatem, ſed futurum inquirant; vanumque eſſe quicquid eſt ſub ſole etc. hoc eſt opus Spiritus ſancti. Luc. 10. Hebr. 12. Eccle. 1.

Vocat illum propheta diem magnum & terribilem. Verè magna erunt illa comitia, ad quæ neceſſum eſt venire homines vniuerſos, vt referat vnuſquiſque prout geſsit, 2. Cor. 5. Omnes audiemus vocem filij hominis, Ioan. 5.

Illa dies concernet omnes quotquot ſunt in cœlo, ſuper terrã & ſub terra. Veniet dominus et omnes ſancti eius cũ eo. Erũt ibi omnes ſancti angeli, & omnes mali angeli, oẽs beati, & omnes dãnati, ad recipiendã nouiſsimã ſententiã, vel in vitã æternam, vel in ignem ęternũ, Matt. 25. Eſt & dies terribilis, Heb. 10. terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Dies irę dies illa, dies tribulationis & anguſtię Sopho. 1.

dies

dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. In die illa procedent de monumẽtis, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij, Ioan. 5. Incredulis homicidis & fornicatoribus, & veneficis & idololatris & omnibus mendacibus, pars eorum erit in ſtagno ardenti, igne & ſulphure, Apo. 21. Ad nimiũ calorem tranſibunt ab aquis niuium, Iob 24.

O verè terribilem diem, in quo peccator derelinquitur & ſegregatur à Deo, ab omnibus bonis, ab omni gaudio & conſortio beatorum in æternum, quia eſt dies vltionis. Non iam amplius audiet peccator, veni ad me & ego reficiã te: nec vlterius inuitabitur ad ſalutarem pœnitentiam, ſed ad ſempiternam pœnitentiam. Ac tametſi cum diuite *E*pulone clamet, O Ieſu miſerere mei, *D*omine aperi nobis: nõ dabitur illi reſponſum aliud, quàm, Quid clamas homo
Lucæ 3. execrabilis? Inſanabilis fractura tua, plaga tua peſsima. Ite diſcedite in gehennam, vbi non erit redemptio in æternum: magnum chaos inter nos firmatum eſt, manendum eſt vobis in tartareis ſupplicijs ſine conſolatione, ſine fine
Heb. 10. in æternum. O verè horrendum eſt homini incidere in manus *D*ei: bonum eſſet illi ſi natus non fuiſſet. Ad hunc tam horribilem diẽ contremiſcunt dæmones: ſiquidem in nouiſsimo die præcipitabuntur in tartareos carceres, in eo manſuri nec exituri in æternum.

In hoc quoque terribili die aperientur libri conſcientiarũ & reuelabũtur ſecreta cordium.

Hunc

Hunc diē antecedēt horribilia ſigna & prodigia; quibus fideles præmoneantur. quemadmodum Dauid ait, Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Præterea vt mali per ea commoueatur ad pœnitentiam: non enim vult Deus mortem peccatoris etc. *Pſal.59.* *Eccle.18.*

Sic cùm Deus mūdum abſorpturus eſſet diluuio prius per Noe pœnitentiam annunciari curauit, centum & viginti annis antè diluuiū, Quod cùm illi contemnerēt, ira Dei oppreſsit totum mundum.

Simili modo Deus Sodomitis per Loth pœnitentiam annunciari curauit: illi verò cùm eum contemnerent, pluit dominus igne & ſulphure, & combuſsit eos. Geneſ. 19. *Præmittit Deus pœnitētia præcones ante vindictam.*

Curabat Deus Iſraelitis pœnitētiam annunciari per Prophetas Hieremiam & Ezechielem: verùm quia non ſubſequebatur emendatio, captiui abducti ſunt in peregrinam regionem, in Babylonem.

Daniel Regi Nabuchodonoſor bonum dabat pœnitentię conſilium effugiendi iram Dei, Quod cùm negligeret, horribilis plaga illi ſuperuenit, vt ſeptem annis fœnum & gramina comederet veluti brutum animal etc. Dan.4. Antequā per Titum & Veſpaſianū vaſtaretur Hieruſalē, plurima miracula & prodigia Deus exhibebat quibus ad pœnitētiam conuerterētur. Cum autem in infidelitate ſua obdurarent, iram Dei horribilibus plagis & afflictionibus perſenſerunt, vti ſupra dictum eſt.

Et quia nunc pernicialis ab vnica, Chriſtiana & Catholica fide itemque ab obedientia

Eccleſiæ defectio, præterea malicioſa, leuis & impia vita inualeſcit & augeſcit: idcircò immittit Deus in quibuſdam regionibus ſtupenda portenta, veluti quòd aquę & flumina quędã conuertuntur in ſanguinẽ, ignis de cœlo decidit, pluit ſanguine, inuiſæ & peregrinæ volucres horribili numero ac multitudine cõſpiciũtur etc. vt his rationibus ad pœnitentiam commoueamur. Si autem vitã non emẽdauerimus, & pœnitẽtiam egerimus, metuendũ eſt terribilem Dei iram hęc prodigia ſubſecuturam. Sic in iride præteritæ vltionis diluuij per aqueum, & futuræ vindictæ per rubrum igneumque colorem ad pœnitentiam admoneremur.

Operamini igitur pœnitentiam ne ira Dei & magna illa ac terribilis dies vos opprimat.

Et dabo prodigia in cœlo, in terra etc.

De eo Chriſtus Lucæ 21. Erunt ſigna in Sole, Luna & ſtellis, & in terris anxietas etc.

Sol conuertetur in tenebras: nõ in ſeipſo, ſed ſecundũ apparentiã plánè pallidus aut ater cõſpicietur. Et Luna in ſanguinẽ. Ignis, fumus & vapor iudicis faciẽ præcedet: ignis enim vniuer-
2.Pet.3. ſum orbẽ cõburet, purgabit & depurabit. Et in
Pſal.96. circuitu eius tẽpeſtas magna. Vnde & Chriſtus
Pſal 49. inquit, virtutes cœlorum mouebuntur, vaſtiſ-
Lucæ 21. ſimi illi ampliſsimique cœli contremiſcent. Quando vehemens exoritur tempeſtas, expaneſcunt non tantùm homines verũetiam bruta animantia in terris, & piſces in aquis contremiſcũt. Quanta igitur erit formido, quanta anxietas, quãdo horribiliſsima illa tẽpeſtas exurget in vniuerſo orbe, vt Oriẽs cõtra occidẽtem,

&

&c Meridies contra Septentrionem, atque ita vniuerſum firmamentum & terra commouebuntur.

Poſt purgationem elementorum per ignem, Sol vno in loco ſtabit fixus & immobilis in ſempiternum: terra non amplius germinabit aut proferet fructus: nulli erunt piſces in aquis, nec aues in aëre etc. *Eſaia* 60.

Tunc videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna aduerſus malos & bonis cum ingenti maieſtate. *Luca* 21.

Licebit ex ſignis à Chriſto datis videre & agnoſcere ad noſtri monitionẽ & pręparationem, diem domini eſſe in foribus, vt obruat vniuerſum orbem, quemadmodũ ex florẽtibus arboribus cognoſcitur æſtas: nos quædam enumerabimus ex Euangelio.

Præexorientur atrocia bella, magnæ proditiones, inuidiæ & odia, frater fratrem tradet in mortem etc. fames, caritas, peſtilentia: abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas. Et ſicut factum eſt in diebus Noë & Loth, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant etc. Luc. 17. Matth. 24. Hęc planè ſunt apud nos vſitata. Nunquam crebrior fuit ebrioſitas quàm hodie, dilapidata & abſumpta ſunt omnia. Nõnulli ſentiunt ieiunium eſſe ex authore diabolo; qui non veſcitur carnibus, non eſt Euangelicus: edimus carnes in deſpectum Sacroſanctæ Eccleſiæ, allegantes etiam ſcripturas iure id nos facere. Commeſſationes & cupedia planè *De ſignis quibuſdã nouiſſimi diei.* *Marc.* 13. *Matth.* 24.

inualuerunt piſcibus ſimul & carnibus conuiuia apparari neceſſum eſt. Neſcimus quid præ nimia voluptate comedere libeat, adeò vt & ranis & limacibus victitemus. Nuptię noſtrę potius Ethniciſmũ quàm Chriſtianiſmũ ſapiũt: omnis immodeſtia, ebrietas, ira, ludi, blaſphemiæ in ijs conſpiciuntur ſine omni Dei timore. Solæ ſpectantur opes ac diuitiæ, non probitas: poſſeſsiones, non virtutes. Ad hæc deſpicitur chriſtiana & Sacerdotalis benedictio iuxta inſtitutum Eccleſiæ cuius etiam meminit Euariſtus, qui vixit an. Domini 1 1 1.

Publicātur literæ ſeu edicta, vt quilibet priſcæ & Catholicæ Religioni aduerſetur, à Miſsis abſtineat, Catholicas conciones nõ audiat etc. Inſuper & omnes ſenſus noſtros intendimus ad ampla palatia, nihil quicquam penſi habentes ſtructuras cœleſtes. Quomodo maiores noſtri humilibus ædificijs fuerint contenti, magnaſque ſimul habuerint opes, nemo eſt qui neſciat. Nunc etiã quiuis vult negociationes exercere, quilibet rem facere & diuitias parare ſatagit, præemptionum & propoliorum nullus eſt finis. pudet homines honeſtarum artium, quilibet ocio ſumptum ſuum vult exercere.

Venient etiam in nouiſsimis temporibus multi pſeudoprophetæ & ſeducēt multos, pluriminiq; deficient à fide, à legitimo Sacramentorũ vſu, à vero & cõſono ſenſu & intellectu ſcripturarũ. Multi ſcandalizabuntur. Scriptura verò nos monet ne magni pendamus eiuſmodi vēturos nouos Euangelij declaratores: ſed planè ſeriò monet & denunciat vt attendamus &

cauca-

caueamus à falſis Prophetis qui venient in nouiſsimis temporibus.

Ventura quoque eſt prius diſceſsio ſeu defectio ab obedietia Romani Imperij & Sanctę Eccleſiæ 2. Theſ. 2. prout illud explicat Auguſt. li. 22. de ciuitate Dei cap. 19. Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 11. Ambroſius, Chryſoſtomus, Sedulius, Theophilactus etc.

Veniet prętere a Antichriſtus, filius perditionis, homo peccati. 2. Theſ. 2. qui & iam nunc videnter extollitur & operatur myſterium iniquitatis: & vt Ioan. ait, nunc Antichriſti multi ſunt, qui ex nobis prodierunt. Prædicabitur etiam Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus. *In Americã prædicatur Euange. Matth. 24.*

Hoc ſignum iam nunc ob oculos conſpicimus: ſiquidem Euangelium Chriſti magnificè prædicatur hodiè in America quarta orbis parte, de qua Plinius, Strabo, Ptolomæus etc. illuſtres coſmographi nihil vnquam compertum habuerũt. Nouus hic orbis amplior eſt vniuerſa Europa, adeo vt iam hoc ſæculo adinuenta ſit terra, in longitudine continẽs 3000. miliaria, & in ambitu 500. miliaria, quemadmodum Romana Regia Maieſtas dominus noſter clementiſsimus, ipſemet coràm illud nobis recenſuit.

Magna ibi cum lęticia & gratiarum actione ſuſcipiunt & profitentur Catholicam & chriſtianam fidem, eademque confirmatur & aſſeritur ſtupendis miraculis. Leproſi mundantur, cæcis viſus reſtituitur, claudi veloces redduntur, letalia vulnera vnico momento in nomine

Sanctæ Trinitatis curantur etc. Quo vniuerſus mūdus agnoſcat, rectam, verā, vnicam & chriſtianam fidem huic nouo orbi annunciari.

In his plagis *E*uangelium prædicatur, non illud de quo gloriantur ſectę, ſed quod iam olim *P*etrus, *P*aulus, *I*gnatius Clemens, *D*ionyſius, Anacletus, Narciſſus, Vlrichus etc. prędicarunt, per quod & nos Germani ex gratia Dei peruenimus ad agnitionem filij Dei: per quod Spiritus ſanctus nos congregauit in vnitatem fidei, in conſonam Scripturarū intelligentiamq; & legitimum ſeptem diuinorum Sacramentorum vſum.

Hoc ſignum vos commoueat, ô nobiles Germani ad inueſtigandam & conſeruādam ſalutem veſtram. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. *D*eus non irridetur.

Apoc.3. Sit vobis ille Græcorum caſus pro cautione: illi quod ex peruicacia, faſtu & rebellione profuderunt, hoc Germani ſumma deuotione & humilitate collegerunt. Si verò vnicā hanc fidē aſpernati fuerimus, habuerit iam nunc alium populum Deus; & nobis faſtidientibus, refractarijs & rebellibus dicetur: Auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus regni. Matt. 21.

1.Ioan.2. *Et erit omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit: quia in monte Syon & in Hieruſalem erit ſaluatio. ſicut dixit dominus, & in reſiduis quos dominus vocauerit.*

Docet hic *P*ropheta, quomodò horrendum illum ac terribilem diem queamus effugere, ne pudefiamus, quando *I*udex viuorum & mortuorum

tuorum apparuerit.

Et erit:in diebus ſalutis, in tempore miſericordiæ.in tempore acceptabili,in quo apparuit gratia et humanitas Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti:in diebus noui teſtamenti, quando Chriſtus attulit gratiam & veritatem,remiſsionem peccatorum & vitam æternam. 2. Cor.6. Tit.2. Ioan.1.

Tempore accepto, inquit Paulus, ex Eſaia cap.49. exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. 2.Cor.6.

Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.Omnem ſalutem & gratiā obtinet homo per nomen domini.Hoc eſt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur. Eſt illud nomen,quod os domini nominauit,quo nulla creatura nominari poteſt. De quo Propheta Hierem.cap.23.& 33. Verus Meſsias,filius Dauid,vocabitur dominus iuſtus noſter. Hic Seruator noſter IeſusChriſtus nominatur nomine Tetragrammato, quod nomen vocatur & ſignificat Dei naturam, ſubſtantiam,maieſtatem, vnamque & omnipotentem eius eſſentiam. Hoc Dei nomen omnes iuſti veteris legis in fide inuocârūt. Huic nomini iuſtus ille Abel obtulit munera.Hoc nomen inuocârunt Enos & Abrahā, Enos cœpit inuocare nomen domini. Abraham ędificauit altare domino, & in eo inuocauit nomen domini.Sic orat Dauid:adiuua nos & redime nos propter nomen tuū. & Hier. 14.nomen tuū,domine, inuocatū eſt ſuper nos etc.De hoc ait Chriſtus Ioā.16.Quicquid petieritis patrē in nomine meo,dabit vobis.Neq; eſt Rom.10. Luc.2. Eſa.62. Gen.4. Gen.22.

aliud nomen ſub cœlo in quo ſalui fiamus Act.
4. Qui non credit in ſacroſanctũ eius nomen, iã
iudicatus eſt. Ioan. 3. In nomine eius prædica-
bitur pœnitentia & remiſsio peccatorum. Luc.
Inuocatio nominis domini 24. Qui igitur inuocat Chriſtum Ieſum ex toto
corde in veritate, in diebus ſalutis: quęrit et per-
cipit medicinam à domino Ieſu, medico cœle-
ſti, languidæ animæ curandæ inſtitutã & ordi-
natam, hic ſaluus erit. Chriſtus enim factus eſt
omnibus obtemperãtibus ſibi cauſa ſalutis æ-
ternæ. Heb. 5 Sed & requirit tales qui inuocent
ſe in ſpiritu & veritate. Ioan. 4. Ad illos vero qui
ore ipſum inuocant & corde abnegant, dicit:
Populus hic me labijs honorat, cor autem eo-
rum longè eſt à me. Mat. 15. Eſa. 29. Nõ omnis
qui dicit domine domine etc. Mat. 7. Quid eſt
quod me vocatis dominum, & non facitis quæ
dico vobis? Lucæ 6. Diſcedat ab iniquitate o-
mnis qui inuocat nomẽ domini 2. Tim. 2. Ini-
quitatẽ ſi aſpexi in corde meo, inquit dauid Pſ.
65. nõ exaudiet dominus. Sic igitur labia, cor
& vita, corpus & anima inuocabunt nomen
domini ad ſalutẽ ęternã. Hanc Ioelis ſententiã
vſurpat Paulus Rom. 10. contra Iudęos cõuer-
ſos, murmurantes, quod & gentibus prędicare-
tur Euangelium, cùm tamen nõ eſſent circun-
ciſi. Quibus oſtendit Paulus, ex hiſce Ioelis ver-
bis miſericordiã & gratiam Dei erga Iudæos &
Gentes. Non eſt, inquit, diſtinctio Iudæi &
Græci: nam idem Dominus omnium, diues in
omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui
inuocauerit nomen domini, ſaluus erit, vi-
delicet, qui Dominum ex toto corde, & fir-
ma

ma fide inuocauerit.

Talis inuocatio prouenit ex commotione gratiæ Dei: ſubiungit enim Paulus: Quomodo ergò inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierũt? Quomodo autem audient ſine prędicante? Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? &c. Rom, 10,

Deus ex gratia mittit fideles prædicatores, vt homines audiant, credant & inuocent nomen domini ad ſalutem. Inuocare autẽ eſt quaſi intus vocare. Ardenter enim & efficaciter inuocant homines illi, quorum corda Deus tangit ſeu commouet ad inuocandum, quique locum dant commotioni diuinæ. Stat enim ante oſtiũ cordis & pulſat. Apoc. 3. Qui poſt omnem induſtriam, obſequium, laborem & adimpletionem iuſticiæ, quærunt perfectionem ſuam in vera humilitate, in viuo Dei filio Ieſu Chriſto, cuius nomen Ieſus, vt ſaluũ faciat populum ſuum à peccatis eorum. Matt. 1. ſine quo nec auxilium nec ſalus.

Quomodo ſanctos inuocemus.

Hæc Ioëlis verba peruicaces quidam ſectarij vſurpant, aduerſus priſcam, chriſtianam & catholicam ſanctæ Eccleſiæ conſuetudinem inuocandi Sanctos. Hi ignorant, quòd inuocare nomen domini, eſt dominum in vera fide pro auxilio & gratia interpellare: ſiue hoc fiat per noſipſos ſiue per alios Dei amicos, quos oramus; vt dominum pro gratia obtinenda nobiſcum implorent. Hac intentione inuocamus nomen domini per ſanctos alioſque homines pios, quando dicimus: O Maria mater Dei ora

Quid ſit inuocare nomẽ domini.

pro nobis Deum. Sancte Andrea Apoſtole ora pro nobis Deum etc.

Vbi quærenda conſolatio Latius nunc indicat Propheta vbi liberatio inquiri & obtineri debeat, nimirum in *H*ieruſalem, & in monte Sion. Omnis conſolatio auxilium & ſalus fidelium eſt in paſsione Ieſu Chriſti, qui paſſus eſt Hieroſolymis, & in miſſione Spiritus ſancti, in ſancta & pura Chriſti doctrina, quã Spiritus ſanctus docuit & locutus eſt per Sanctos Apoſtolos etc. Sic per Hieruſalẽ intelligitur paſsio Chriſti. Mat. 20. Mar. 10. *E*cce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradẽt eũ Gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum, & tertia die reſurget etc.

Intelligitur etiã per Sion miſsio Spiritus ſancti, qui datus & donatus eſt Eccleſiæ Chriſti in doctorem veritatis. Eſa. 2. De Sion exibit lex & verbum domini de Hieruſalẽ. *D*abo in Siõ ſalutem & in Iſrael gloriã meam. Eſa. 46. Atq; hoc, quemadmodum dominus prædixerat per Prophetas, Pſalmos etc. Luc. 24. de paſsione ſua & miſsione Spiritus ſancti.

*H*uius ſalutis etiam reddentur participes reſidui, quos dominus vocauerit, quorum corda commouerit prout factum eſt in die penteccoſtes. Cum *P*etrus concionaretur, quidã dicebãt ad Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? etc. Act. 2. Itidem qui *D*eo cogniti fuerint, qui per verbum Apoſtolorum credituri ſunt in Ieſum. Præterea & reſidui ex Iſrael, qui in fine mundi credituri ſunt in verum Meſsiam Ieſum Chri-

ſtum

ſtum poſtquam intrauerit plenitudo gentium. Rom. 11.9.

Perfecta autem liberatio erit in cœleſti Hieruſalem, de qua Paulus. Gal. 4. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt etc. Acceſsiſtis ad Siō montem & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalē cœleſtem, & multorum milliū angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui cōſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium Deū, & ſpiritum iuſtorum perfectorum, & teſtamēti noui mediatorem Ieſum & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel Heb. 12. Ibi ſedebit populus Dei in pulchritudine pacis, & in tabernaculo fiduciæ, & in regione opulenta: non luctus ibi, neque dolor erit vltra. Apoc. 21. *Heb. 12.* *Eſa. 32.*

CAPVT IIII.

QVIA ecce in diebus illis & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem. Congregabo omnes gētes, & deducam eas in vallē Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus & terram meam diuiſerunt. Et ſuper populū meum miſerunt ſortem et poſuerunt puerum in proſtibulum & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.

Indicat hic Propheta ex inſtinctu ſpiritus ſancti, quid conſequuturum ſit in nouiſsimis diebus, videlicet magnus ille & terribilis extremi iudicij dies, & quid dominus in hoc vltimo die tractaturus ſit & geſturus. Vniuerſum illud tempus ab aduentu Chriſti vſque ad con-

1.*Ioan*.2. ſummationem mundi, eſt poſtrema ætas. Vnde ait *I*oan. eſt nouiſsima hora. Et *P*aulus 1. Cor. 10. In nos fines ſeculorum deuenerunt. Proinde dicit *P*ropheta, ecce in diebus illis & in tempore illo: ſic vocat *P*etrus nouiſsimos dies.

Act. 2.

Quamuis porrò hic dies nulli cognitus ſit niſi *D*eo ſoli. Matth. 24. Marci 13. præbet tamen quandam notionem, qua pij cognoſcant terribilem hunc diem eſſe præ foribus. Cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ieruſalem: captiuitas enim, diſperſio & cœcitas durabit in *I*ſrael donec dies domini appropinquet. Iudæi verò ex prædicatione Heliæ & Enoch, tum etiam ex horribili caſu Antichriſti ſe deceptos agnoſcēt & profitebuntur: & ante diem extremum conuertentur ad fidem Ieſu Chriſti: reſidui enim filiorum Iſrael ſaluabuntur Rom. 11. *E*t *E*ſaiæ 19. Reliquiæ Iacob conuertentur ad *D*eū fortem.

De reſurrectione mortuorum.

Tunc congregabo omnes gentes Matth. 25. Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tūc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes &c.

Ioan. 5. Omnes qui fuerint in monumentis audient vocem eius &c. 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti &c.

Matth. 13. Mittet angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciūt iniquitatem etc.

1. Theſſ. 4. Ipſe dominus in iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgēt primi etc.

Daniel

Daniel. 12. Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant ſemper etc.

Eſaiæ 26. Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent.

Ezechiel. 37. Oſſa arida, audite verbum domini &c.

Iob 19. Scio quòd redemptor meus viuit etc.

1. Cor. 15. Omnes reſurgemus etc.

Quô autem congregabit dominus omnes gentes? In valle Ioſaphat quæ ſita eſt inter mōtem Oliueti & Hieruſalem: nōn quod hæc vallis capere poterit vniuerſos homines: ſed quòd Christus vbi venerit è cœlis ad iudicium, apparebit in aëre ſupra montem Oliueti, vbi & in cœlum aſcendit. Lucę 24. quemadmodum duo angeli dicebant: ita veniet etc. Actor. 1. *Extremum iudicium fiet in valle Ioſaphat.*

Inſtituetur igitur iudicium in valle Ioſaphat & in eiuſdem confinijs. Porrò boni ſiue iuſti cum Chriſto erunt in aëre, iuxta verba Pauli. 2. Theſſ. 4. mali verò ſtabunt in terra.

Veniet dominus ad iudicium, & omnes angeli eius cum eo. Sedebitis & vos, inquit, Chriſtus ad ſuos diſcipulos, ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Mat. 19. Ioſaphat ſignificat iudicium domini. Significat etiam vallem benedictionis. Malis dicet: Diſcedite à me: iuſtis: Venite benedicti. Quid autem tractabit aut geret dominus cum populis in valle Ioſaphat? Diſceptabo cum eis. O verè terribile verbum Deus diſceptabit cum hominibus. Verè ſcio, inquit Iob, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit *Matth. 25.* *Iob 9.*

luerit contendere cum eo, non poterit ei reſpōdere vnum pro mille. Sapiēs eſt corde, & fortis robore: quis reſtitit ei & pacem habuit? Si repētè interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, cur ita facis? Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, & ſub quo curuantur, qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeam ei & loquar verbis meis cum eo? Qui etiamſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit etc. *Iob.9.* Si iniquitates ob-
Pſal.19. ſeruaueris domine, (inquit Pſalmiſta) quis ſuſtinebit?

Illa iudicia, quæ Deus in ira ſua in aliquos peccatores exercet, nulla ſunt ſi comparentur horrendo illi iudicio, quod habiturus eſt Deus
Gen.7. in die nouiſsimo. Prout factum eſt in diluuio, quo ſubmerſit Deus vniuerſos homines, octo duntaxat exceptis. Itidem cum ignis è cœlo
Gen.19. delapſus concremauit Sodomam & Gomor-
Num.21. rham vſq; ad fauillā. Cū Deus immitteret in po
Num.16. pulū ſerpentes ignitos. Cū terra viuos quoſdam
Exod.24. abſorberet, quoſdam etiam ignis combureret. Cum ſineret *P*haraonē cū exercitu ſuo in mari rubro ſuffocari. Cū populum ſuū vlciſceretur gladio, fame, peſte, alijſque mortium generibus gentibus externis, & præcipuè per Titū & Veſpaſianū etc. Ad hæc nos quoq; complures horribiles afflictiones & plagas perſenſimus. Quin & permittet *D*eus Antichriſtum omnem exercere proteruiam & animi maliciam, taleſque aduerſus iuſtos excitare tribulationes & angu-

ſtias,

ſtias, quales fuerint nunquam: vſque adeo vt niſi breuiati eſſent dies illi, vix electi poſſent ſubſiſtere & perſeuerare. Hæc horumque ſimilia plane minuta ſunt, imò ludicra, ad venturam illam anguſtiam & neceſsitatem, quæ obuentura eſt homini in horrendo illo diſceptatationis & iudicij die. Super quo autē diſceptabit Deus? Super populo meo & hæreditate mea Iſrael etc. Appellat hic Deus fideles ab Abel vſque ad iuſtorum nouiſsimum, populum ſuum & hæreditatem ſuam. Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Conſiderate hîc paternam Dei ſollicitudinem, quòd propter electos ſuos horribilem diem & iudicium eſt inſtituturus. Quicquid vel minimo ſuorum boni præſtiterimus, id remuneraturus eſt & quicquid mali vel iniuriæ ijs intulerimus, vindicaturus eſt, ac ſi ſibiipſi præſtitū illatúmve eſſet. Hoc eſt quod apud Prophetam dicit Deus. Qui tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei. Chriſtus è cœlis acclamat Saulo. Quid me perſequeris? Sanè Deus vnicè & peculiariter reos poſtulabit impios Tyrannos & Sectas.

Matth.24. *Pſal.2.* *Eſa.19.* *Matth.25.* *Luc.24.* *Zach.2.* *Actor.9.*

Vos populum meum profligaſtis & diſperſiſtis in calamitates, per tumultus & ſeditiones iniquas, eoſque captiuos detinuiſtis. Vos erroneis & falſis dogmatibus ærumnas & miſerias, diſcordias & contentiones, leuitatem, proteruiam, populorum prouinciarumque factiones & ſciſmata inuexiſtis. Vos docuiſtis inobediētiam per quam regna diuiſa ſunt ac deſolata. Vos ſanguinario Turcarum tyrāno veſtris exorbitantibus ſcœdiaſmatis viam ac tranſitum

pate-

patefeciſtis ad inuadendum ditiones chriſtiá-nas, qui fideles exterminauit, iugulauit omni-buſque miſeriarum generibus oppleuit, in cō-tumeliam nominis Chriſtiani.

Immanes hi crucis inimici ſuper populum meum miſerunt ſortem, vendiderunt & ad forum egerunt inſtar iumenti. Heſt. 3. Miſſa eſt ſors in vrnam, quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici.

Tyráni iniquis grauaminibus pauperes oppreſſerunt, minoris reputantes pauperē quàm iumentum. Cogitauerunt & conſultauerunt, quomodo priſcæ fidei cultores & Sacramentorum miniſtros perdere poſſent; tum in corpore, tum in facultatibus.

Hereticæ ſcholæ ſunt proſtibula.

Poſuerunt puerum in proſtibulum, iuuentutem deprauata doctrina grauiſsimè ſcandalizârūt, vt ex erronea doctrina nihil didicerint niſi turpitudinem & flagicia exercere, ſine vllo timore & reuerentia. Indulta & conceſſa eſt iuuentuti omnis nequitiá & petulantia: In proſtibulo nihil addiſcunt niſi diuina Sacramentá temerare, Dei præcepta cōtemnere, omnia chriſtiana inſtituta calumniari, & puram Catholicę & Chriſtianæ Eccleſiæ doctrinam criminari & damnare. Simili modo aduerſus vota monaſtica docebat Iouinianus, & Aërius aduerſus omnigenam corporis caſtigationem etc.

Eſt & hoc pueros in proſtibulum ponere, quando parentes liberos ſuos in omni leuitate ſine correptione educant, aperiunt illis feneſtram ad turpitudines & flagitia, ad ſuperbiā, auaritiam, inobedientiā, fœnerationes, fraudes, men-

mendacia, periuria etc. Hi imitantur Ethnicos qui liberos ſuos offerebant dæmoni. Hi filios ſuos venditant Diabolo propter faſtum mundanum & temporarium emolumentum: ſed dedecus & probrum eiuſmodi flagitioſam & improbam educationem ſequitur. Alij puellas vendunt pro vino.

Enormis ſanè & magna leuitas filiorum ſeculi, quod omnem proteruiam & improbitatem indulgent, earumque ſe præbent miniſtros priuati commodi cauſa, vt habeant vnde commeſſari & helluari queant. Sic inueniuntur quandoque impij ganeones, qui conniuent vt vxorum filiarumque pudicitia ob temporalem quæſtum expugnetur & vitietur. In hæc verba, inquit Hieron. Ille doctor & præpoſitus tradit adoleſcentes meretricibus, & puellas vendit luxuriæ, qui turpis lucri gratia nō corripit delinquentes. Eſa. 5. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus & iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Et 2. Pet. 2. Superba vanitatis loquentes pelliciūt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Ex his Petri verbis perſpicere licet horum nouiſsimorum hæreticorum naturam. Docent non ſolùm falſam doctrinam, ſed & leuem & laſciuam vitam ducunt: non erubeſcunt rapere, furari, diripere, ſuccendere, omniuariaſque calamitates, ſeditiones, ac deteſtanda cruentaque bella excitare, velut irrationabilia pecora, quę in captionem & in perniciem (vt Petrus inquit) naturaliter propendūt. quod nobilis Germania notabili corporis & animæ detrimento mediocriter perſenſit. 2. Pet. 2.

Qualis nũc iuuentus cum erronea doctrina educetur, patria noſtra cum temporis progreſſu comperiet. Quando ſemen bonum non eſt, non prouenit ex eo bonus fructus. Mali ſeminis malus fructus, mali corui malũ ouum. Sanè eiuſmodi mangones et corruptores iuuentutis, illorum Chriſti verborum meminiſſe debebãt. Matth. 18. Væ homini illi per quem ſcandalum venit. Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Hæc peccata Deus peculiariter iudicaturus eſt in horribili illo iudicij die: quandoquidem principaliter contraria ſunt naturæ & compatientiæ proximi: nam alioqui etiam omnia quę adducet Deus in iudicium. Eccleſ. 12. Et de omni verbo ocioſo rationem reddent homines in die iudicij. Matth. 12. Interrogabit etiam iudex de cogitationibus impij. Sap. 1. Sic Mat. 25. capite refert Chriſtum in iudicio dicturum & inquiſiturum de operibus miſericordiæ: Eſuriui, et dediſtis mihi manducare etc. non de his operibus tantùm, ſed quia potiſsima charitatis opera fuerunt etc.

Verum quid mihi & vobis Tyrus & Sidon: & omnis terminus Paleſtinorum? nunquid vltionẽ vos reddetis mihi? & ſi vlciſcimini vos contra me, citò velociter reddam viciſsitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Argentum enim meum & aurum tuliſtis, & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra. Et filios Iuda & filios Hieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos: & conuertam retributionem veſtram

in caput veſtrum. Et vendam filios veſtros & filias veſtras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis, genti longinquæ, quia Dominus locutus eſt.

His verbis indicat Propheta, quomodo Deus agat cum tyrannis, qui populum Dei miſerè exagitant, vexant, contemnunt & deſpiciunt, nimirum, qua menſura menſi fuerint, eâdem remetietur illis. Conuertam, inquit Deus, retributionem veſtram in caput veſtrũ. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis, & qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernêris: cùm conſummaueris deprędationem, depredaberis, cum fatigatus deſieris contemnere, contemnêris. Eſa.33.

Exiſtimas te mihi contumeliam facere affligendo & excruciando populum meum, ſatis hoc durum et acerbum futurum eſt, & cumulatè retribuetur in caput veſtrũ, id eſt, eiuſmodi tyrannidē vt vitâ luatis, oportebit. Sic legimus Ezechielis 9. Viam eorum (dicit Deus) ſuper caput eorum reddam: iniquitas enim domus Iſraël & Iuda magna eſt nimis valdè, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione etc. Et cap. 17. dicit Deus. Viuo ego quoniam iuramētum quod ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius. Et apud Prophetam Abdiam: Sicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Nullam habet Deus coniunctionem cum Tyrannis, proptereà dicit, quid mihi & vobis? Quæ participatio iuſticiæ cũ iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial, 2. Cor. 6.

Videmus prætereà quomodo Deus iniuriam populo ſuo à Tyrannis illatam, ſibi aſſcribat, quaſi ſibi factam, Zach. 2. Qui tetigerit vos, tãgit pupillam oculi mei. 1. Reg 8. dicit Deus ad Samuelem: non te reiecerunt, ſed me. Et Act. 9. cum Saulus fideles perſequeretur, dicebat ad eum Chriſtus è cœlo, Saule, quid me perſequeris? Quod enim feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, Matt. 25.

Sic ſubindicat Deus, ſe populum ſuũ etiam in magnis periculis protecturum, ac defenſurum, quantumuis impij in populum Dei ferociant: non enim præualebunt, quandoquidem Deus eos tutatur. Diſsipat Deus & irrita facit impiorum conſilia. Haud ſuccedit eo modo quo hoſtes proponunt & ſe inſtruũt: Dominus enim truculẽtas eorum maxillas habet in chamo & freno conſtrictas, vt ad arbitrium ſuum nocere & perdere nequeant. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, nõ eſt conſilium contra dominum, Prou. 21. Perdam ſpientiam ſapientiũ, & prudentiam prudentium reprobabo, Eſ. 29. 1. Cor. 1. Abdiæ 1.

Ac tametſi Deus nonnunquam populum ſuum corripiat, quemadmodum Pater virga filium ſuum, demùm tamen virgam in ignem proijcit.

Deus protegit populum ſuum.

Sic Deus abutitur nonnunquam tyrannis, permittens illis ſuam maliciam, ad pœnam & correptionem populi ſui. Verum poſteà dat eos in opprobrium, & iuxta impœnitẽs cor eorum in gehennam. Væ Aſſur, id eſt, Regi Aſſyriç: virga furoris mei & baculus ipſe eſt: in manu eius

indigna-

indignatio mea etc. Et erit: cùm impleuerit dominus cuncta opera ſua in monte Sion & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. *Eſa.* 10. Egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis etc. Exechiel. 7. Pari modo egit Deus cum Tyro, Sidone & Palæſtinis, qui filios Iſrael varijs calamitatibus afflixerant. Malè habebat illos, Deum tantam gratiam exhibuiſſe filijs Iſrael, deducendo eos per mare rubrum, Exod. 15. Quod cum audirent hi populi, commoti ſunt etc.

Quid lucrifecit Pharao, quòd populum Dei perſecutus eſt? Exod 14. Nonne angelus domini de exercitu Sennacherib vna nocte centum octoginta quinque millia virorũ occidit, quòd populum Dei bello & obſidione appetebat? 2. Paral. 32. Stupendam habuit victoriam Rex Ioſaphat contra Moabitas, Ammonitas & Syrios. 2. Paral. 20.

Sic prophetæ vaticinati ſunt aduerſus hoſtes filiorum Iſrael. Eſaias aduerſus Tyrum cap. 23. contra Moab, cap. 15. contra Damaſcum, ca. 17. contra Ægyptum, cap. 18. Hieremias contra Palæſtinos cap. 47. contra Moabitas, cap. 48. & contra Ammonitas, Idumæos, Damaſcum cap. 49. contra Babylonem cap. 50. Simili modo Ezechiel contra Amon, Moab, Seir, Palęſtinos c. 25. contra Tyrum & Sidonem cap. 25. 27. 28. contra Pharaonem & Ægyptum cap. 29. etc.

Iudæi quoque (qui ſe dicunt Iudæos eſſe & nõ ſunt, Apocal. 2. de quibus Ezechiel cap. 16.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa) apoſtolos profligârunt, perſecuti ſunt & occiderunt: nunquid autem retributionem acceperũt à Tito & Veſpaſiano? Luc. 19. 23. *I*oſephus, Egeſippus etc.

Similes etiam calamitates experti ſunt perſecutores & inimici Sanctæ Eccleſiæ Chriſtianę, atque illi qui pauperes iniurijs afficiunt & perſequũtur. Tyrannis & Eccleſię hoſtibus ipſorũ perfidia & crudelitas certò rependetur, ac tametſi exiſtiment morte ſe futuros immunes, nihiloſeciùs *D*eus ipſorum tyrannidē filijs & propinquis eorum, in pœnā poſiturus eſt. Vendam, dicit Deus, filios & filias veſtras in manibus filiorum Iuda, tradam eos in poteſtatem illorum, quos vos perſequimini & affligitis. *P*lerunque enim filij imitantur parentes in infidelitate & erroribus, ablegantur quoque & adducũtur ad hæreticorum ſcholas & conciones, vt fiant imitatores paternorum errorũ. Quis autem vidit vnquam tyrannum, perſecutorem catholicę fidei, violatorem traditionum eccleſiaſticarum, oppreſſorem pauperum, cui aut cuius filijs proſperè ceſſerit?

De bonis Eccleſiaſticis.

Quod autem ſit ingens illud peccatum, quo adeò grauiter offenſus eſt Deus, indicat per Prophetam.

Argentum meum & aurum tuliſtis, & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra.

Abuſi eſtis ad faſtum & voluptates veſtras. Quocircà ad inopiam vos redigi, & fabulam

fieri

fieri oportebit vniuerſo mundo. Fluxa enim ſunt & fugacia, non coaleſcũt, quæ ex delubris & deorũ baſilicis diripiuntur: vocat enim Deus argentum ſuum & aurum ſuum etc. Eiuſmodi bona Eccleſiaſtica rapinis & ſacrilegijs parta euaneſcunt & colliqueſcunt inſtar niuis: ſeipſa aliaſque ſimul facultates conſumũt, vt poſſeſſores eorum nihilo ſint ex ijs ditiores, ſed ſumma in paupertate degentes, perpetuo ære alieno ſint obſtricti. Itali, ſi quando homini opulento mali quid imprecari velint, exoptant ei poſſeſſiones & bona diui Petri: ſiquidem Eccleſiaſtica bona, ea quæ ambitu ſuo contingunt, deuorant & conſumunt velut ignis. Exempla abundè multa ſunt ob oculos, quæ pij conſiderare poſſunt, quas diuitias templorum expilatores poſsideant, quibus debitis ſint implicati, quanta egeſtate grauati.

Qui bona eccleſiaſtica rapiunt, ad paupertatem rediguntur.

Neque vnquam templorum ſpoliatores poſt applicata ſibi violenter & iniquè plurima collegia, abbatias, monaſteria, præbendas, parochias, decimas, etc. grauioribus debitis inuoluti magiſque indigi fuerunt ac hodie. Priſci Chriſtiani Imperatores, Reges, Principes, Comites, Equites, nobiles, domini etc. amplos theſauros atque ingentia bona Eccleſiæ contulerunt, collegia, monaſteria, xenodochia, parochias & abbatias ad cultum Dei fundârunt, & fuerunt tunc opulenti. Nunc ex delubris equorum fiunt ſtabula, aut etiam funditus diruuntur. Aurum & pecuniæ plenis ſaccis apſortantur, & tamen nunquam maiorem penuriam ſenſit Germania, tam in bonis quàm in viris,

quàm nunc exorta noua hac licentia & pugnantia doctrinæ. Alij diuidũt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt, inquit Salomon, *Prouer.* 11. Haud vanum eſt verbum domini Luc. 6. *D*ate & dabitur vobis: menſuram bonam, confertam etc. Imò centuplum recipitur etc. Luc. 18. Theſauri verò impietatis nil proderunt, Prouerb. 10. Vult Deus bona ſua, quę in *E*cclefijs ad cultum diuinum, ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, Epiſcoporum ſeu præpoſitorũ, ad tuenda, ſartaque & tecta conſeruanda Eccleſiarum ædificia pauperumque ſuſtentationem vſurpantur, integra & ſalua manere: prout etiam Leo & Anthencius Imperatores reſcripſerunt & prȩceperunt in L. Iubemus, §. verum *C.* de Sacroſanctis Eccleſijs. & Leuit. 27. Quæ ſemel Deo collata ſunt, humanis vſibus applicari non debent. Vocantur & nonnunquam *E*ccleſiaſtica bona Res diuinæ, L. Sanctus C. de SS. *E*ccleſijs, In authenticis de rebus Eccleſiæ non alienandis. Appellat præterea Deus apud prophetam ſuum argentum & aurum, ſua deſiderabilia & pulcherrima, qualia apud nos eſſe poſſunt ornamenta Eccleſiæ, argentea thuribula, candelabra, œnochei & hydrochei guttuli, ſacræ pallæ, aurea corporis & ſanguinis dominici ſacraria & hierothecæ, aurati calices, argenteæ cruces, veſtes & ſtolæ miſſales etc. Quæ omnia hodie ex delubris ſunt ablata, & in alios vſus conuerſa.

Volo in præſentiarum in calamo continere, quomodo ſectarum coryphei ex bonis Eccle-

ſiaſticis

ſiaſticis alantur, qui quædam ex ſeptem venerabilibus ſacramentis criminantur ac damnãt, contemnunt confirmationem, ordinem, pœnitentiam, ſacramentalem confeſsionem, quæ Deo fit & ſacerdoti, dignos pœnitentię fructus, Sacrificium Miſſæ, veritatem corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, extremam vnctionem infirmorum, ordinarium ritum Baptiſmi cum vnctione chriſmatis; demandant ijs Sacerdotalis muneris adminiſtrationem, qui à legitimis Epiſcopis ordinati aut conſecrati non ſunt, atque ita porrigentes populo panem & vinum non conſecratum pro corpore & ſanguine Chriſti. Aſsiduum & quotidianum Dei cultum canendi & legendi ſeptem horas canonicas abrogârunt. Prędicant & vſurpant ſcripturas contra ſenſum & intellectum Catholicæ & chriſtianæ Eccleſiæ. Quomodo iuuentus in ſcolis & diatribis ipſorum in inueteratis damnatiſque erroribus educetur, lachrymis potius eget quàm calamo. Germania horrendis anguſtijs & neceſsitatibus, miſerijs ac damnis comperiet (Deus clementer auertat) quale illi plãtauerint Reipublicæ ſeminarium. Ad eiuſmodi abominationẽ Eccleſiaſtica bona vſurpantur hodiè. Qualem autem pœnam Imperatores Arcadius, Honorius & Iuſtinianus in eos qui locis ſacris & miniſtris Eccleſiæ aliquid iniurię importãt, aut cultum diuinum impediunt aut prohibent, conſtituerint, legant ipſi templorũ expugnatores in l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſcopis & Clericis.

Hæreſiarchæ hodie ſuſtentantur bonis eccleſiaſticis.

Merito ſanè ſacrilegi illi vererentur & extimeſcerent

meſcerent ab horribili illa viſione manus ſcribentis, quam Rex Balthaſar videbat, qui vaſa aurea & argentea, quæ pater eius Nabuchodonoſor ex templo Hieroſolymitano rapuerat, magno cum faſtu in præſentia Principum, *D*ominorum & conuiuarum ſuorum vſurpabat. Citò admodum ex inopinato & ſubito hoſtiũ incurſu cõperit, quid ſcriptura in pariete Mane Tetel, phares, ſignificauerit. *D*aniel. 5.

Moliebatur Heliodorus templi Hieroſolymitani theſauros diripere, & Angeli duo virgis eum penè ad mortem vſque flagellarunt. 2. Matth. 3.

Impius ille & ſacrilegus Antiochus horribiliter à Deo punitus eſt, tali plaga, vt vermes de corpore eius ſcaturirent, & propter intolerantiam fœtoris nemo eius præſentiam ſuſtinere poſſet, atque ita in diris cruciatibus infœliciſsimè mortuus eſt. 2. Machab. 9.

Alcimus præcipiebat deſtrui muros domus ſanctæ interioris, & opera *P*rophetarũ, & percuſſus eſt, & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi, nec vltra potuit loqui verbum. 1. Mach. 9.

Quam proteruiam Iulianus in ornamenta eccleſiaſtica exercuerit, quomodo vniuerſa deo dicata vaſa & pallia collegerit, Theodorũ preſbyterum miſerabiliter interemerit, quomodo coniectis in terram vaſis & pallijs Eccleſiaſticis, ſuper ea ſederit, vt contumelijs & iniurijs afficeret Chriſtũ, deſcribitur in hiſtoria tripartita li. 6. c. 10. Sed legitur quã horribili modo Deus eum punierit; nimirum verenda eius & loca ſemori-

moribus circumpoſita, ſunt percuſſa tali putredine, vt vermes procrearentur. Quinetiam apud gentes haud impunita fuerunt ſacrilegia. Poſſet hîc referri de auro Toloſano, de M. Craſſo Philomello &c. verùm de his alias. Quod autē Eccleſia tēporaria bona poſsidere queat, in perpetuo agnitum eſt in ditione Chriſtiana. Refert Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 10. Vadianos docuiſſe, non licere Epiſcopis habere diuitias. Hos Vadianos pertinacis erroris ergò appellat hæreticos. Hic error etiam quorundam phylargyrorum animos excœcauit, vt doceant ex nouo Euangelio, Eccleſiam inopem eſſe, Epiſcopos nihil poſsidere debere, ne Eccleſiarum direptiones iniquæ æſtimentur à ruſticis.

Nos verò Chriſtianæ inſtructionis ergo aliquot capita & ſentētias adferemus, quibus demonſtretur, Eccleſiam bona habere poſſe ac debere.

Chriſtus & diſcipuli eius fuerunt forma pręſidum & rectorum Eccleſiæ. Chriſtus autē habuit loculos, quos Iudas Iſchariorh tulit. quicquid dabatur domino, ferebat Iudas: & cùm diceret Chriſtus: Quod facis, fac citius, exiuit continuo. Diſcipuli verò putabant, dominum quid mandaſſe illi emendū ad diē feſtū, aut egenis vt aliquid daret. Egenis autem dare, aut mercari aliquid, poſtulat pecuniam: eoq; Chriſtus & diſcipuli eius loculos habuerunt, non tantum pro ſeipſis aut ſua ipſorum neceſsitate, verumetiam pro egenis.

Super hoc, inquit Auguſtinus in ſermone de

com-

communi vita clericorum. Quare habuit loculos Chriſtus, cui Angeli miniſtrabant, niſi quia Eccleſia ipſius loculos habitura erat, hoc eſt, poſſeſsiones & facultates? Commemorat hæc verba Gratianus 12.q. 1.c.exemplum.

Ioan.4. Ibant diſcipuli in ciuitatem Sichar, vt emerent cibos. vtique ſequitur eos habuiſſe pecuniam. Quidam Chriſtiani Hieroſolymis volentes cohabitare Apoſtolis, vendebāt agros ac domos, & precia eorum ponebant ante pedes Apoſtolorum: vnde diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Et quoniam Ananias & Saphyra, precij portionem ſecretò retinebāt, nec ponebant ante pedes Apoſtolorum & interrogati mentiebantur, ea propter ſubitanea morte obierunt. Actor. 5. Patet Apoſtolos aut diacones habuiſſe pecunias, quibus proſpectū eſt Chriſtianis.

Inſuper & viduæ quędam ex bonis Eccleſiaſticis ſuſtentabantur. Ingerebant autem ſe illis quædam viduæ iuniores, de quibus loquitur Apoſtolus 1. Tim. 5. Adoleſcentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Sancit proinde hoc ſtatutum Apoſtol. Vidua eligatur non minus ſexaginta ann. quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi Sanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patiētibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Si quis autem fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, vt non grauetur eccleſia: vt ijs quæ veræ

viduæ

vidua ſunt ſufficiat.

Presbyteri (inquit Paulus) qui benè præſunt, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os boui trituranti. 1. Tim. 5. Docet Paulus Epiſcopos vt ſint hoſpitales. 1. Tim. 3. Tit. 1. Ad hoc autem requiruntur bona ſeu diuitiæ. Epiſcopus enim non tantum ſui ſuorumque domeſticorum, ſed & aliorum curã habere debebit. Vnde ait Paulus Epiſcopum debere eſſe hoſpitalem. Pari igitur modo etiam habere debet Epiſcopus facultates & diuitias, vt hoſpitalitatem exercere poſsit: nõ enim tenetur quis alteri dare, vt ipſe egeat. Si ergo illicitũ ſit Epiſcopo, opes aut bona poſsidere quomodo erit hoſpitalis? Ad hæc docet Apoſt. epiſcopum, vt domui ſuæ benè prẹſit, filiorum ſuorum curam habeat, non ſolum vt in diſciplina domini educentur, ſed & vitæ neceſſaria habeant, cibum, potum, veſtitum etc. quæ omnia requirunt vſum pecuniarum & facultatum. Indecens autem eſt Epiſcopum opere faciundo ſumptum ſuũ exercere, neque facere id ipſum tenetur. Non eſt æquum, inquit, Petrus, nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Act. 6. Et quamuis Paulus manibus ſuis laborauerit. Act. 20. id tamen ex debito nõ fecit, quẽadmodum ipſe profitetur. 1. Cor. 9. ſed fecit in gratiam Euangelij ſeu fidelium, vt plures lucrifaceret Chriſto, per opus ſupererogationis. Alij verò Apoſtoli ſua vſi ſunt libertate ipſis à Chriſto data & conceſſa: ederunt & biberunt & neceſſaria ſumpſerunt ab Euangelio: dignus eſt enim

Epiſcopus erit hoſpitalis.

Epheſ. 16.

1. Tim. 5.

Act. 18.

enim operarius mercede & cibo. In eadē domo manete, edētes & bibētes quæ apud illos ſunt. Euidentius etiam demonſtrari poteſt Eccleſiā

Matt. 10. debere & poſſe habere facultates. Mal. 3. Inferte

Luc. 10. omnē decimam in horreū meum: & ſit cibus in domo mea. Nu. 18. Deus dedit Leui omnes de-

De decimis dandis Eccleſiæ miniſtris. cimas Iſraelis in poſſeſsionem etc. Deut. 14. & Leu. 27. Omnes decimæ terræ, domini ſunt etc. Decimas dare, quatenus eſt pręceptum morale, non eſt ſublatū in lege noua. Chriſtus nō venit ſoluere legē quatenus concernit præcepta moralia, ſed adimplere Mat. 5. 6. 7. Eoq; dicit Chriſtus: Niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum etc.

Quoniam itaque moralia præcepta ſunt de diuina & naturali lege, decimas autē ſeu aliquotam partē dare miniſtris Eccleſiæ, ſit præceptū morale, ſequitur miniſtris Eccleſię quid impartiri, eſſe diuini & naturalis iuris. Quamobrem præceptum de decimis latū, in quo eſt morale, comprehenditur in doctrina Chriſti & Apoſtol. Mat. 10. Dignus eſt operarius mercede. Et 1. Cor. 9. Ita dominus ordinauit ijs qui Euang. annunciant, de Euāgelio viuere. An & lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti. Nū-

1. Tim. 5. quid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. Quoniam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiēdi Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui

1. Cor. 9. Gal. 6. in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt:

dunt: & qui altario deſeruiũt,cum altario participant?etc.

Eccleſia verò ex poteſtate ſua legem naturalẽ declarauit per legem poſitiuã,& decimas miniſtris eccleſiæ deputauit: quandoquidẽ miniſtri noui teſtamenti digniores ſunt,eorumq; labor ſalubrior,efficacior& magis neceſſarius eſt,quã miniſtrorum legis veteris. 1.Cor.4.

Porrò vt penitus hoc intelligatur,aduertendum eſt, quædam legis præcepta eſſe purè moralia:veluti,Nõ occides:nõ furaberis etc. Quædam purè cæremonialia: veluti, oblatio agni paſchalis,circunciſio etc. Quędam partim moralia,& partim cæremonialia: veluti, obſeruatio ſabbati eſt moralis, quatenus æquum eſt aliquam temporis partem cultui diuino impendi. Quod etiam ius naturæ dictitat, ne homo perpetuo corporalibus tẽporarijſque laboribus aut curis ſit immerſus, ſed vt aliquo etiã tempore Deo vacet. Deſignatio verò ſeu conſtitutio ſeptimi diei eſt cæremonialis,habetque ſuã ſignificationem.

Eccleſia autem poteſtate & authoritate ſua arduis de cauſis dominicum diem loco Sabbati ſeruandum inſtituit. Simili modo decimæ partim ſunt morales, vt qui populi curam gerunt in diuinis miniſterijs & diſpenſatione rerũ ſacrarum,etiam à populo ſuſtententur,prout hoc dominus mandauit. Matt.10. Lucæ 10. 1.Cor. 9. 1.Tim.5. & Gal.6. Communicet is qui catechizatur verbo,ei qui ſe catechizat,in omnibus bonis. Verùm iuxta definitum numerum ſunt cæremoniales, quem Eccleſia ſtatuit & præcepit,

cepit, nempe vt detur decima portio. Qui autē contempſerit Eccleſiam eamque audire recuſauerit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, inquit Chriſtus Matt. 18.

Quando igitur decimæ iure diuino ſimul & poſitiuo ad Eccleſiam pertinent ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiaſticorum & pauperum, quas opes, quæ bona habet ac debentur Eccleſiæ? Vnde inquit Ambroſius libr. 2. Officiorum cap. 28. Eccleſia habet aurum etc. ſimulque exponit quomodò Laurentius erogauerit theſauros Eccleſiæ, & pauperibus elargitus ſit.

De ſacrilegijs. Quoniam itaque Epiſcoporum eſt etiā pauperum curam habere, ſequitur illos bona ac diuitias habere debere. Proinde quiſquis Eccleſiā ſuis facultatibus deſpoliat, rapit ea quæ Dei ſunt & pauperum. Quocircà Eccleſiaſtica & ciuilia iura docent, neminem laicū bona Eccleſiaſtica temerè ſibi applicare debere: quod qui faciunt, Sacrilegi & homicidæ appellantur. 12. q. 2. Qui Chriſti pecunias & eccleſię aufert, fraudat & rapit, vt homicida in conſpectu iudicis deputabitur. Et C. prædia. Suntq; verba Pij qui floruit anno domini 154. D. Anacletus qui floruit anno domini 102. in cap. Qui abſtulerit, inquit. Qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ rapit vel fraudat, homicida eſt, & ca. Quicunque, inquit Gregorius, excommunicationi ſubiaceat. Cap. indignè refert Symmachus qui vixit anno domini 501. Valdè iniquum & ingens ſacrilegium eſt, vt quæcunque vel pro remedio peccatorum vel pro ſalute & requie animarum ſua-

12. q. 2.

rum

rum vnuſquiſque venerabilis Eccleſiæ contulerit aut certè reliquerit, ab his quibus maximè ſeruare conuenit, id eſt, Chriſtianis, in aliud transferri vel conuerti permittat etc. cōcordat cap. de rebus, & tit. C. de SS. Eccleſijs. De decimis inquit Auguſt. 16. q. 1. decimæ. *Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Et dabis impio militi, quod non dare vis Sacerdoti?* Decimæ ſunt bona eccleſiaſtica, quocirca à laicis vendi non debent: Quod enim Deo datum eſt, ſecularibus rebus commutari non debet. Eſt & graue peccatum, imò ſacrilegium, debitas Eccleſiæ decimas ſubtrahere nec ſinit eos Deus multos, quemadmodum hoc declarat Aug. 16. q. 1. c. decimę. Vt autem illis occurratur, dicentibus, Eccleſiæ miniſtros nil niſi idoneas & ſufficientes proprijs neceſsitatibus poſſeſsiones habere debere, ad hoc ſupra dictū eſt, eccleſiaſtica bona nō ad eccleſię miniſtros duntaxat, ſed etiā ad pauperes pertinere. Eccleſiaſtica bona quatuor in partes ſeu portiones diuiduntur, atq; ita diuiſa ac diſtributa ſunt iam olim ante annos trecentos, prout hoc antiqui canones teſtantur. *Quod Deo ſubtrahis depopulatur bellum.*

Prima pars debebatur Epiſcopo. Secunda clericis & cultui diuino conſeruando deputabatur, putà cantui, lectioni, Sacramentorum diſpenſationi, prædicationi, orationibus pro viuis & defunctis, miſſarum celebrationi, prout formam celebrandæ miſſæ Chryſoſt. Baſil. & alij fideliter conſcriptam nobis reliquerunt, quam formam illi liturgias nuncuparunt. Erāt & comparanda bonis Eccleſiaſticis ornamen- *Formā celebrandæ miſſæ*

ta eccleſiarum, eæque res quæ ad Sacramenta requiruntur, calices, vinum, cerei, velamina cã-delabra, oleum, balſamum, libri, etc.

Tertia pars deſtinabatur alendis pauperibus & peregrinis, xenodochijs conſeruandis, captiuis ab infidelibus redimendis.

Quarta pars deputabatur reſtaurationi tẽplorum, in quæ fideles conueniunt ad orationem ad cultum diuinum, concionem, miſſam, confeſsionem, communionem ſeu Euchariſtię perceptionem.

Matt.21. Ioan.2. Ioel.2. Materialia templa appellantur domus orationis, domus Dei noſtri. Chriſtus tanta in veneratione habuit templũ, vt non ſineret quenquam vas per illud transferre. Mar. 11. Obiurgat Paulus Corinthios, quòd in Eccleſijs manducarent & biberent 1. Corinth. 11. Eiuſmodi materialibus templis fartis tectis conſeruandis quarta bonorum Eccleſiaſticorum pars deſeruire debebat.

Hanc diſtributionem priſca Concilia & patres orthodoxi euidentiſsimè deſcribunt. 12. q. 2. Vobis. conceſſo. Quatuor, mos eſt, Sancimus. Hęc conſuetudo iam olim ante annos mille viguit in Germania. Cum primùm fidem ſuſcipientes, Chriſtiani effecti ſunt, bona Eccleſiaſtica non imminuerunt ſed auxerunt, & nihilominus diuitijs abundârunt, & cuilibet ſufficiens rerum copia ſuppetebat, omniaq; precio perquam facili parabantur. Nunc laici quidam bona Eccleſiaſtica in ſuos vſus conuertunt, & tamen nulla ibi eſt proſperitas, nullus ſucceſſus, ſed vrgens inopia, graue æs alienum, per-

cunt-

ſiuntque & veluti tabe quadam exhauriuntur theſauri & diuitiæ vniuerſę. Vbi enim D. Petri ſubſtantia laicorum facultatibus applicatur, omnia purè & ſimpliciter abſumit, euacuat ſcrinia, & prouinciarum ſimul & populorum perniciem aduehit. Exempla (vti & ſuperius diximus) ob oculos conſpicimus.

Eccleſiaſtica bona per ſacrilegium abrepta deuorant bona laicorũ.

Poſsidonius, qui circiter quadraginta annos D. Auguſtino conuixit, ſcribit Diuum Auguſtinum cochlearibus argenteis in menſa vſum fuiſſe & teſtaceis ligneiſque patinis: non tamen neceſsitatis inopia, ſed voluntatis propoſito. Pauperum quoque memor erat eiſque inde erogabat: vnde & ſibi ſuiſque omnibus ſecum habitantibus erogabatur, hoc eſt, vel ex redditibus poſſeſsionum Eccleſię, vel etiam ex oblationibus fideliũ. Habuit & Sacerdotem domus ſuę prępoſitum ſeu œconomum, omnia erogata & accepta fideliter notantẽ. Quæ anno cõpleto D. Aug. recitabat, quo ſciretur quantum acceptum, quantumq; diſpenſatum eſſet etc. Dabat etiã nõnulli, domos, agros & villas, quæ Aug cum gratiarum actione ſuſcipiebat. Quidam etiã ex honoratis Hipponeſiũ apud Carthaginem viuens Eccleſiæ Hipponenſi poſſeſſionem donare voluit: & confectas tabulas ſibi vſufructu retento, vltrò D. Aug. miſit: Cuius ille oblationem libenter accepit, congratulans ei quòd æternæ ſuæ memor eſſet ſalutis. Verum poſt aliquot annos ciuem hunc donationis pœnituit, rogans vt illæ donationũ tabulæ ſuo filio redderentur. Quo cognito Auguſtinus ingemuit, atque reſcriptis eũdem ſicut oportuit, & ar-

Aug. habuit œconomum eroganteem & recipientem.

& arguit & corripuit, admonens vt de ſua ſimulatione vel iniquitate cum pœnitentiæ humilitate Deo ſatisfaceret, ne cum tam graui delicto de ſeculo exiret. Hæc *P*oſsidonius in vita *D*. Auguſt. Concilium Chalcedonenſe, vnũ ex quatuor ſacroſanctis concilijs ſic habet, ca. 24. Quę ſemel conſecrata fuerint monaſteria, cum iudicio ſui epiſcopi maneant perpetua. & pertinẽtes ad ea res cõſeruari ipſis monaſterijs decreuimus, nec vlterius poſſe ea fieri ſecularia habitacula. Statuit quoq; vt *E*piſcopi œconomũ, de clero proprio habeât ne diſpergâtur eccleſiaſticæ facultates. *D*iuus *P*ius, qui vixit anno do. 154 inquit. Ad ſedẽ apoſtolicã perlatũ eſt, prędia diuinis vſibus tradita, quoſdã humanis applicare vſibus, & domino deo (cui tradita ſunt) ea ſubtrahere, vt ſuis vſibus inſeruiant. Quòd ſi quiſquã pręſumpſerit, ſacrilegus habeatur. Simplicius, qui vixit anno do. 471. vbi reſciuiſſet, Gaudẽtiũ Afiniẽſis eccleſiæ ſacerdotẽ cõtra ſtatuta canonũ ordinationes illicitas perpetraſſe, ius fruẽdi bonis eccleſiaſticis illi ademit. Scribit *D*. Gregorius in Regiſtro, oblatum ſibi eſſe Epiſcopum electum, vt eũ confirmaret, electionemque approbaret, verùm cùm ex teſtiũ reſponſis cognouiſſet, eum minus fuiſſe hoſpitalem, irritam dixit electionem: ipſumq; confirmare recuſauit. Dictitant bonorum eccleſiaſticorum impugnatores, reformandã eſſe *E*ccleſiam ſecundùm tempora Apoſtolorũ. Reſpondeo non tam illis eſſe cordi reformationẽ quã poſſeſsiones eccleſiæ, quas ſi haberent, iam nũc omnis altercatio eſſet deciſa.

Cano. 26.

Pius papa epiſt. 2.

De temporibus apoſtolorum & noſtra ætate.

Sed

Sed ad hæc cuperem ego videre, quo pacto Eccleſiæ Catholicæ antidici Apoſtolicā reformationem ſint inſtituturi, quæ Apoſtolorum temporibus reſpondeat.

Apoſtoli præceperūt non veſci ſanguine aut ſuffocato etc. Acto. 15. Neque vſpiā legitur Apoſtolos decretum aboleuiſſe: ſed hoc legitur Paulū præcepiſſe, Traditiones, præcepta & inſtituta decreta ab Apoſtolis & ſeniorib⁹ cōſeruari. Act. 16. Quomodo vos hic habebitis ò farcilium & columbarum comeſtores?

Acto. 2. dicitur fideles ſeruiuiſſe Deo quotidie in fractione panis: id eſt, in perceptione ſacramenti Euchariſtiæ. Oportet igitur quotidie vos ad cœnā dominicā accedere. Oēs qui credebāt, erant pariter, & habebant omnia cōmunia. Poſſeſsiones & ſubſtantias vendebāt, ponentes precia ante pedes Apoſtolorum, & diuidebant illa omnibus, prout cuique erat opus.

Quomodo hic rem inſtituemus cū veſtra noua Apoſtolica reformatione: nūquid adlubuerit vobis ſocietas Anabaptiſtica, quandoquidē vſqueadeò vobis dānatur conuictus monaſticus? Petrus nec aurū nec argentū habere ſe dicit túne itidem omnes debebis pecunias profundere, ac ne drachmā quidem aut teruncium habere? Ioannes Baptiſta docet duas habentē tunicas alteram dare non habenti. Simili modo faciendum cū eſcis. Quam hîc facietis ordinationem, quandoquidem ſcriptam duntaxat literam admittitis? Quem inſtituetis Baptiſmū, quandoquidem Apoſtoli baptizarūt in nomine Ieſu Chriſti? Acto. 10. 8.

Apoſtoli baptizatis imponebãt manus & viſibili forma accipiebant Spiritum ſanctũ, Act. 8. Quò manus ſuas protendunt oblatratores Eccleſiæ catholicæ vt veniat Spiritus ſanctus?

Multa eiuſmodi adferri poſſent, quibus importuna illorũ ſententia detegatur, qui aſtruũt omnia ordinari debere iuxta tempora Apoſtolorum. Idcircò autem datus eſt Eccleſiæ Spiritus ſ. vt iuxtà tẽporum rationes eam doceat, ſecretoque ipſi inſpiret, quæ fidelibus quouis tẽpore ſunt neceſſaria. Paulus circuncidit Timotheum, cuius pater gentilis, mater erat Iudæa, Acto. 16. Paulus iuxta legẽ tondetur, & offert in templo cum Iudæis, Actor. 21. Nunquid in eo Paulum imitabimur? Imò ſi execrandi Apoſtatæ fieri velimus, & cum infelicibus Iudæis tartareis flammis addici.

Obijciunt etiam aduerſarij Apoſtolos tam amplas facultates non habuiſſe. Reſpondeo Apoſtoli temporaria bona aut alimenta ſibi debita expoſcere noluerunt, ne fideles ſcandalizarent, quaſi temporalis emolumẽti cauſa prędicarent, idq; vniuerſum in gratiam Euãgelij, 1. Cor. 9. Neque impletum adhuc erat illud, Audite Reges, ſeruite domino in timore etc. Ethnici Reges & Imperatores Eccleſiæ bona diripuerunt, prout Decius theſauros, quos Imperator Philippus Eccleſiæ donauerat, à Sixto & Laurẽtio tormẽtis & quęſtionibus extorſit. Poſteaquã verò Imperatores & reges lumine fidei illuminati ſunt, ampla & magnifica donaria & munera eccleſiæ cõtulerunt in ſuſtentationem miniſtrorũ eccleſię & pauperũ. Sic Carolus Magnus

gnus, Dagoberti, Othones, Lodouici, & cõplures Principes Sueuię & Bauariæ, itemq; plurimi illuſtris proſapiæ comites, equites, barones, domini etc. plurima inſignia, collegia, baſilicas, & monaſteria fundârunt ad conſeruationẽ cultus diuini, & præterea opibus & honoribus in corpore & anima polluerunt corá Deo & hominibus. Idcircò Antichriſtiana eſt ſententia, eccleſiá inopem eſſe debere, & per omnia ſimilis illi dicto Iudę Iſchariotis. Quare hoc vnguẽtũ non venit trecentis denarijs, & datũ eſt egenis? Dixit autẽ hoc, inquit Ioãnes, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebãtur, portabat. Clamitat inſuper nouũ euangeliũ, eccleſiã nihil poſsidere debere, ſcilicet vt ad eos deuoluantur bona Eccleſiæ, habeantque ipſi, quæ habet Eccleſia. Queruntur nimis opulentá eſſe Eccleſiá: nimirũ grauiter illorũ oculos excruciat, qui ſua comeſſationibus, ſympoſijs, pergręcationibus, alea, omnigeniſq; illecebris turpiter prodegerũt. Dicũt nõnulli, papiſtas viduarũ domos deuoraſſe. Verùm hi nouitij fratres validiores, appetentiores & largiores habent ſtomachos, adeò vt integras ac ſummè opulẽtas Abbatias, Monaſteria, templa, pagos, oppida, imò integros Epiſcopatus poſsint cõcoquere, & nihilominus marcidi ſunt & miſeri.

Ioan. 12.

Sectæ bonos habent ſtomachos.

Noua hæc ſocietas culpat Miſſam, dicentes eam eſſe idololatriá, ſed vt calices venentur, hãc inſtituunt querimoniá. Nã ſi Miſſa aboleatur, non erit vlterius opus calicibus. Eodem modo dictitãt nouatores, ſubmouendas eſſe è tẽplis

imagines, quo conceſſo, aureæ & argenteæ cedunt dominis, ligneæ verò ruſticis diripiendæ permittuntur.

Neque parum malè habet Cadmæos fratres, Epiſcopos habere poteſtatē gladij ciuilis: quæ tamen ex peculiari ordinatione & diſpoſitione Spiritus ſancti per Chriſtianum Imperatorem Carolum IIII. Germaniæ Epiſcopis data eſt & cōceſſa, quò melius pax & concordia in Imperio Romano conſeruetur. Niſi enim epiſcopi huiuſmodi poteſtatem gladij habuiſſent, vbi nunc foret Germania? ſiquidem inobedientia aduerſus eccleſiaſticos & ciuiles Magiſtratus planè inualuiſſet. Quin & iā olim Germania in hæreſibus ſubmerſa foret & ſubuerſa, quandoquidē Chriſtus inquit, Omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur. De hac poteſtate D. Bernardus ſcribēs ad Eugeniū l. 1. Aliud inquit, eſt incidēter excurrere in iſta, cauſa quidē vrgente, aliud verò incūbere iſtis, tanquā magnis digniſq; tali & talium intentione rebus. Quia verò nonnulli maiorem habuerunt faſtus mundani curam quàm animarū, & principes magis fuerūt quàm Epiſcopi, magnificentia & ſplendore magis ſeculares ſe quàm Eccleſiaſticos exhibentes, curam paſtoralem poſtpoſuerūt: idcirco offenſus Deus, immanes truceſque beſtias Vineam domini erroribus vaſtare permiſit. Cùm enim dormirent homines, venit inimicus & ſuperſeminauit zizania, &c. Math. 13. Equidem metuo ne eiuſmodi ignaui, oſcitātes & ſomniculoſi paſtores aliquando audire cogantur. Sic ne vna hora potuiſti vigilare mecum? redde rationem villi-

De principibus eccleſiaſticis.

Matt. 26. Luc. 12.

villicationis tuæ: cui enim multum datum eſt, multum quæretur ab illo. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, inquit Apoſt. ſed adiungit qualis debeat eſſe Epiſcopus. Non dixit. Oportet Epiſcopum eſſe ineruditum, luſorem, venatorem, comeſſatorem: torpere, contēdere & rixari, genio & Baccho vacare, inebriri, non orare, nunquam ieiunare, fœminarum ſodalitia alere, caligis diſſectis, & criſtato galero incedere, occupare, & nulli quicquam ſuppeditare: ſed ita dixit. Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, vnius vxoris maritum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem: non vinolentum, non percuſſorem: ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum etc. 1. Tim. 2. Seruum domini nō oportet litigare: ſed manſuetū eſſe ad omnes, docibilem, patientem etc. 2. Tim. 2. Cæterùm obijcitur nobis ab Hęreticis illud Chriſti apud Matt. c. 10. Luc. 9. Nolite poſsidere aurum neque argentum, neq; pecuniam etc. Reſpondebimus: ſi hoc ad literam intelligi debeat, iā Chriſtum ac diſcipulos eius in hoc peccaſſe: nam vt ſuprà diximus, Chriſtus loculos habuit. quos ferebat Iudas Iſchariot, Ioan. 13. Mens igitur & ſententia Chriſti aduertenda eſt, qui per hoc eos docere voluit, ne in prædicandi munere, aduerſantibus ipſis Iudæis & Gentibus eſſent ſoliciti, ſed ſpem ſuam in Deum dirigerent, cui cura eſſet de ipſis. Huius admonet Chriſtus diſcipulos ſuos. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, nūquid defuit quid vobis? Dicunt ei, nihil.

Audierunt etiam à Domino, Dignum eſſe

1. Tim. 3. *Epiſcopi vita qualis eſſe debeat.* *Qua ratione Chriſtus diſcipulis ſuis prohibuerit argentum, aurum, peră, pecuniam.* *12. q. 1. habebat.* Matt. 10. *Marc. 6.* Luca 10.

operarium cibo ſuo, & in quancunq; domum intrarent, ederent & biberent quæ ibi forent. Nũc autem ſtabularius prędicatori ſymbolum in computum redigit, quod vtique de bonis eccleſiaſticis neceſſum habet exoluere.

Ad hęc nonnulla temporibus Apoſtolorum vetita fuerunt, quę poſtmodũ ſunt conceſſa. Sic mandabat dominus diſcipulis ſuis, In viã gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, non vt hoc perpetuò obſeruarent, neque ad Gentes concederent: ipſe enim Chriſtus multoties diuertit ad ciuitates Samaritanorum cum diſcipulis ſuis, manſitque duos
Ioan. 4. dies in oppido Sichar: ſeceſsit in partes Tyri & Sidonis etc. Et apoſtoli dereliquerũt Iudæos &
Matth. 16. conuerſi ſunt ad gentes, Act. 13. Petrus Antiochiam & Romam. Paulus doctorem & magi-
1. Tim. 9. ſtrum gentiũ ſe appellat. Dictumque illis fuit, Marc. 16. Ite in orbem vniuerſum etc. Matt. 28. Euntes docete omnes gentes etc.

Prohibet etiam Chriſtus aurum, argentum, pecuniam etc. diſcipulis, non quòd habere ijs non liceret, ſed prohibet amorem cupiditatem et opulentiam Sic dicit Chriſtus Lucæ 14. Qui non renunciat omnibus quę poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quod non ita intelligitur, quaſi chriſtiano nihil poſsidere liceat, ſed ne cor aut animum diuitijs affigat, per inordinatum amorem & ſollicitudinem, quæ plurimorum malorum ſunt occaſio 1. Tim. 6. Sic & Paulus docet 1. Cor. 7. qui vtuntur hoc mũdo, tanquam non vtantur.

Clamate hæc in Gentibus, ſanctificate bellum,

ſuſcitate

ſuſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego ſum. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini, ibi occumbere faciet dominus robuſtos ſuos.

His verbis indicat Propheta Ioël horrenda tempora Antichriſti, quem Paulus appellat filium perditionis, & hominẽ peccati, 2. Theſ. 2. quas miſerias ſit excitaturus, deq; horribili eius ſtrage & occubitu. Quanuis autẽ homo quouis tempore varijs ærũnis & difficultatibus ſit impetitus, diluuio, ignea pluuia, apertionibus & voraginibus terræ, ſerpentum morſibus, fame, peſtilentia, bello, feris beſtijs etc. nunquam tamen horribilior tribulatio fuiſſe debebit, quàm temporibus Antichriſti. Matth. 24. inquit Chriſtus: Erit tũc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Beſtia terribilis, inquit Daniel, deuorabit vniuerſam terram & conculcabit & comminuet eam, loquetur aduerſus Deum, & ſanctos Dei conteret, corpora eorum volucribus & beſtijs proijciet. Aduerſatur, inquit Paulus 2. Theſ. 2. & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Aduentus eius eſt ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, ijs qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.

De Antichriſto.

Dan. 7. Apoc. 11.

Deeo

Deco & Chriſtus Matth. 24. Lucæ 21. Cum videritis abominationem deſolationis, quę dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes: & qui in tecta, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua etc. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Eiuſmodi anguſtia & perſecutio Antichriſti durabit, vt Daniel ait capit. 9. tempus, tempora, & dimidium temporis, id eſt ſemiquatuor annos. Et Apo. 11. menſes quadraginta duos. Duo teſtes Dei Enoch & Elias prędicabunt aduerſus Antichriſtum, mille diebus, ducentis, ſexaginta.

2. Theſ. 2. Hic diabolicus homo appellatur etiã à Paulo diſceſsio, quòd multos à Chriſto ſeducet, imò ſi fieri poſſet, etiam electos.

Homo peccati, plenus peccatis, etiam alios ad peccandum inducet. Filius perditionis. Zacharias cap. 11. vocat eum paſtorem ſtultum, & idolum. Euangeliſta illum appellat abomina-
Pſal. 9. tionem deſolationis, deſolationem. A Daniele nominatur Rex impudens facie. Dauid os eius plenum fore maledictione dicit. Iacob patriarcha Gen. 49. appellat eum colubrum in via, ceraſten in ſemita, mordentem vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Auguſtinus lib. 20. de ciuitate Dei, ca. 23. Hieronymus in Danielem cap. 7. alijque Orthodoxi Patres teſtantur, diabolum, integrum inquam Satanam, in Antichriſto corporaliter habitaturum, plenumque omnibus fore flagitijs, & horribilem ſe declaraturum aduerſus ſanctos vniuerſos. Sic in hoc

textu

textu denunciat Propheta, quid Antichriſtus cum ſua factione ſit geſturus. Clamabunt in omnibus gentibus, vt Antichriſtum tanquam Deum inuocent in vniuerſo mundo. Inſuper & bello, tormentis & cruciatibus ſollicitabit homines, vt Chriſtum & ſacramenta eius abnegent. Hoc denotatur per verba, ſanctificate bella, ſuſcitate robuſtos. Ingens etiam hæc calamitas indicatur cùm ait textus: concidite atra veſtra in gladios, & ligones in lanceas. Atrociſsima enim & cruentiſsima erit ſanguinis profuſio, vrgentiſsimaque neceſsitas: adeo vt etiã vomeres agris excolendis neceſſarij, in gladios & arma ſint concidendi.

Grauis calamitas tempore Antichriſti.

Sic & Eſaias magnam illam pacem indicare volens, tempore nati Meſsiæ futuram, Conflabunt, inquit, gladios ſuos in vomeres, & lãceas ſuas in falces. Hîc verò propter ſummam anguſtiam & diſcordiã temporibus Antichriſti ingruituram contrarium dicitur. Cæterum Deus Antichriſto faſtũ ſuum Sathanicum haud diu permiſſurus eſt. Dominus enim, inquit Ioel, occumbere faciet robuſtos. Venite omnes gentes de circuitu, congregamini quotquot ab Antichriſto eſtis decepti, & videte quomodo præpotens Deus prælium inibit cum bellatoribus, qui omnem ſuam potentiam aduerſus veritatem exeruerunt, vbi infirmi & inepti, æſtimarunt ſe validos & fortes contra eccleſiam Dei. Qui etiam ſcripturis ad conſolationem, ſalutem & pacem nobis à Deo tributis, ad diſcordias & ſeditiones abuſi ſunt quemadmodum vomeres & ligones ad agriculturam bono & commo-

Sectæ abutuntur ſcripturis ad bella & inobedientiam.

commodis humanis vſurpandos in gladios & lanceas conflarunt ad perditionem.

Dominus Ieſus, inquit Apoſt. 2. The. 2. interficiet Antichriſtũ ſpiritu oris ſui, & deſtruet eum illuſtratione aduẽtus ſui: ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Eſa. 11.

Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat (id eſt in vallem iudicij) *quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.*

Quid poſt mortem Antichriſti, futurum.

Indicat Propheta quid interfecto Antichriſto ſit futurum: videlicet, conſummatio, mortuorum reſurrectio, & extremum iudicium. Venit hora, inquit Chriſt. Ioan. 5. in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei: ſurgite mortui, venite ad iudicium. Hieronymus ait. Siue edo ſiue bibo, ſiue aliud quid facio, ſemper in auribus meis ſonat vox illa: ſurgite mortui, venite ad iudiciũ. Simili modo Ioel, conſurgant, inquit, & aſcendant Gentes, 1. Cor. 15. Canet tuba, & mortui reſurgent. Et 1. Theſ. 4. Ipſe dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi etc.

De reſurrectione mortuorum.

Daniel. 12. Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternã, & alij in opprobrium, vt videant ſemper. Eſaiæ 26. Viuẽt mortui tui, interfecti mei reſurgent.

Ezec. 37. Oſſa arida audite verbum domini. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum & viuetis: & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextẽdam in vobis cutem: & dabo vobis ſpiritum, & viuetis. Iob 19. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus

ſum

ſum etc. Scio, inquit Martha ad dominum Io. 11. quia reſurget frater meus in reſurrectione in nouiſsimo die.

Adducentur autem omnes Gentes in vallem Ioſaphat eiuſq; circuitum. Mali erunt in terris, iuſti verò cum Chriſto in aëre, vt inquit Paulus. 1. Theſ. 4. Ibi tum Chriſtus Iudex, cui pater dedit poteſtatem iudiciũ facere, reſidebit, qui antea in paſsione ſua corâ iniquis iudicibus ſtetit. Matth. 25. Sedebit in ſede maieſtatis ſuæ. Et Matth. 19. Cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos etc. Apocal. 22. Eccè venio citò & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Ioan. 5.

Mittite falces quoniam maturauit meſsis, venite & deſcendite, quia plenum eſt torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum.

Quid euenturum ſit in ipſa mundi conſummatione, inſinuat hic nobis Propheta. Meſsis, inquit Chriſtus, eſt conſummatio ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittẽt eos in caminum ignis. Matt. 13. Matth. 13.

Sic erit in conſummatione ſæculi: exibunt angeli & malos ſegregabunt à bonis etc.

Sinite vtraque creſcere ad tempus meſſis etc. Matth. 13.

Dicebatur ad Angelum habentem acutam falcem in manu. Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniã aruit meſſis terrę. Mitte falcem tuã acutam & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ

eius etc. Apocal. 14. Sic quoque ait Propheta, maturauit meſsis. In conſummatione ſæculi tempus erit, vt triticum conſeruetur in horreo; & palea conijciatur in ignem. Quod enim ma-
Matth. 3. turum eſt, excidit. Sic in conſummatione mundi, quidam cadent in vitam æternam, alij in
Ioan. 5. ignem æternum.

Venite igitur (dicet Chriſtus ad Angelos & ſanctos ſuos) & deſcendite mecum ſubaudi, ad iudicandum mundum. De hoc inquit Apoſtolus *I*udas, Ecce venit *D*ominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum etc. Et Eſaiæ 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui & principibus eius.

Chriſtus ad Apoſtolos ſuos inquit Matt. 19. ſedebitis & vos iudicâtes etc. *I*udicabimus Angelos, ait *P*aulus. 1. Cor. *6*.

Inſtituetur autem iudicium, quia torcularia Eccleſiæ iam nunc adimpleta ſunt, vt vinum transferatur in vas, magmata verò & vinacia foràs eijciantur. Numerus fratrum eſt comple-
Apoc. 6. tus, plenitudo gentium intrauit, nati ſunt ho-
Rom. 11. mines vniuerſi, qui naſcituri ſunt. Multiplicata eſt hominum malicia, iniquitas longe lateque abundat.

Hæc vſque adeo exuberans malicia iram Dei accendit, vt acceleret ſententiam in malos pronunciare. Cùm Sodomitarum inualeſceret iniquitas, ſuperuenit vltio, Et cùm omnis caro corrupiſſet viam ſuam, nec meditaretur pœnitentiam, abſorpta eſt vniuerſa terra diluuio.

Habet

Habet Deus terminum & tempus ſuum quo ad hominum maliciam, conniuet ſed nō in infinitum. Sic dicitur de Amorrhęis: necdū completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Verumenimuero quia Deus per Ioelem dicit, mittendam eſſe falcem, quia maturuerit meſſis, quia multiplicata eſt malicia: Nos videamus, tempora illa iam nunc adeſſe, qualia fuerunt Noë & Loth: maliciam quoque & omne flagitiorum genus inualuiſſe: omnes ſtatus eſſe peruerſos, Eccleſiaſticos ſimul & ciuiles: puram ſanamq; doctrinam exibilari, inobedientiam erga Magiſtratus iam honori haberi: Eccleſiam cum Sacramētis iacere deſpectam: bonum eſſe malum, & malum bonum etc. Omnia inſuper ſcelera maiorem in modum excreuiſſe: nec quēquam emēdationem aut pœnitentiam meditari: metuendum ſanè eſt, falcem conſummationis ſæculi haud longe abeſſe. Sic inquit Deus, Hier. 44. Non poterat dominus vltra portare propter maliciam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis. Quocirca Deus in iudicio ſuo maliciæ per ſupplicium finem imponet, ſuoſq; electos à frudulentis & malicioſis ſæculi filijs ſegregabit. Siquidem quando probi ſeu iuſti malorum iniurias vlterius effugere aut ſuſtinere nequiuerint tādem Deus iudicio ſuo bonos conſolatur.

Gen. 19. *Gen. 7.* *Gen. 15.* *Eſaia 5.*

Idem etiam ex hoc textu colligimus, quando multiplicata fuerit mundi malicia, tum ingruet dies nouiſſimus. Lucæ 18. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Ea propter, quo magis inualeſcit peccatum, eo magis

Quando nouiſsimus dies venturus.

pij chriſtiani vigilabunt in orationibus & timore Dei, ne ex improuiſo à terribili illo domini die præoccupêtur. Docet hoc Chriſtus Matt. 24. Orate ne fuga veſtra fiat in nocte aut hyeme. Et Luc. 21. Attẽdite autẽ ne fortè grauêtur corda veſtra crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

Populi populi in valle conciſionis (id eſt, in conciſione multi erunt populi) *quia iuxta eſt dies domini in valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt, et ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.*

Admodum graphicè Propheta ex inſpiratione Spiritus ſancti horrendum domini diem deſcribit. Dicit populos vniuerſos cõuenturos in valle conciſionis illic enim mali ſegregabũtur à bonis, vocãs locũ iudicij vallẽ cõciſionis, quam antè nominauit vallem Ioſaphat, id eſt, vallem Iudicij: illic Rex ſegregabit hœdos ab ouibus: illic etiam conteret Deus colla impiorũ. O horrendam conciſionẽ, ibi enim chaos magnum firmabitur inter beatos & damnatos, ità vt damnati nunquam in æternum ex tartareo carcere remeare queant. Ezech. 7. Nunc finis ſuper te & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas.

Mat. 25. *Luc. 16.*

O terribilia verba quæ Angeli proclamabũt ad reſuſcitatos. *Iuxta eſt dies domini in valle conciſionis.* Dies ſalutis præterijt, dies acquirendæ gratię finem habet, iuxta nunc eſt dies domini, dies vltionis, de quo Sophoniæ 1. In quo Chriſtus

O vocẽ horribilem. *2. Cor. 6.*

ſtus iudiciariam ſuam authoritatem & potentiam ſibi à patre collatam declaraturus eſt vniuerſo orbi. De quo & Annæ & Caiphæ dixit: Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Matth. 16. Ioan. 5.

Tunc Sol & Luna obtenebrabuntur à claritate Chriſti & ſanctorum eius, quemadmodũ ſtellæ non videntur exoriente ſolis iubare: ſiquidem maius lumen offuſcat minus. Prætereà quia Chriſtus venturus eſt in nubibus, ipſe nubes ſplendorem horum magnorum luminum impedient ſeu diſtinebunt. Tertio, Prophetæ magnas anguſtias & difficultates ſignificare ſolent per ſolis, lunæ & ſtellarum obſcurationẽ. Hic autem nouiſsimus dies, plenus erit anguſtiæ & calamitatis. Mat. 13. Phil. 3.

Et Dominus de Syon rugiet, et de Hieruſalem dabit vocem ſuam: et mouebuntur cœli et terra, et Dominus ſpes populi ſui, et fortitudo filiorum Iſrael.

Quid latiùs in iudicio futurum ſit, declarat Propheta videlicet elocutio Sententiæ nouiſsimæ, quam pronunciaturus eſt Chriſtus ſuper bonis & malis. De malis inquit, Dominus de Syon rugiet, quandò videlicet dicturus eſt Diſcedite à me in ignem ęternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius. De bonis & iuſtis dicitur: De Hieruſalem dabit vocem ſuam, dicens: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Rugiet Iudex aduerſus damnatos: ſed prorſus be- Sententia extremi iudicij. Matt. 25.

ſus benignè affabitur probos & iuſtos.

O quam horribilis erit ille rugitus? Verè terribilis eſt rugitus, Diſcedite à me. Ab hoc rugitu cœlum & terra contremiſcent: Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Apocalyp. 1. De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Sed in magna hac neceſsitate & anguſtia Dominus erit protectio, ſpes & fortitudo populi ſui. Stabũt iuſti in magna conſtantia, Sap. 5. Dominus enim fortitudo plebis ſuæ, Pſal 27. Neque patitur ſpes viua hominem confundi, Rom. 5.

Et ſcietis quia ego dominus Deus veſter habitans in Sion in monte ſancto meo: et erit Hierusalem Sancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

Poſtquam Propheta ſententiam in extremo die de bonis & malis pronunciandam, deſcripſit, ſubiungit nunc de præmijs iuſtorum & ſupplicijs ſeu tormentis malorum. Hæc eſt vita æterna (inquit Chriſtus Ioannis 17.) Vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Sic iuſti cognoſcent & videbunt Deum in patria, in cœleſti Sion de facie ad faciem ſicuti eſt. Pſal. 83. Deus deorum videbitur in Sion: habitatio enim eius in Sion. Pſal. 75. De hac cœleſti Sion ait Paulus, Hebrę. 12. Acceſsiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Eccleſiam ptimitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, &

De præmio iuſtorum.

1. Cor. 13.

& iudicem omnium deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, meliùs loquentem quàm Abel etc. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, inquit Paulus Gal. 4. eſt mater noſtra etc. In illa ſublimi Sion habitat Deus, ibi conſtitutus eſt Rex ſuper Sion montem ſanctum eius, Pſal. 2. Quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Pſal. 14. Hæc cæleſtis ciuitas ædificata ex auro mundo: fundamenta eius ex omni lapide precioſo: portę ex margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum. Sãcta hæc ciuitas non eget ſole neque luna: lucerna enim eius eſt agnus etc. Apoc. 21.

Alieni quoque non tranſibunt amplius per illam. Alieni ſunt hæretici, Tyrãni, peccatores, homicidæ, adulteri, impudici, auari, etc. Pars enim illorũ in ſtagno ardenti igne & ſulphure, Apocal. 21. Foris ſunt canes & venefici, & impudici, & homicidæ & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium, Apocal 22. Nec intrabit in cœleſtem hãc ciuitatem aliquid coinquinatum: Apocalyp. 21. Et Eſaię 52. Non adijciet vltrà vt pertranſeat per te, Hieruſalem, incircunciſus & immundus. In hac ſancta ciuitate ſoli erunt iuſti, boni, probi, ſancti, amici & filij Dei: iuſti enim intrabunt in vitam æternam, Matth. 25. Ioan. 5.

Hic verò in hoc ſæculo mali ſunt bonis permiſti, ſunt boni ſimul & mali piſces in vna ſagena, prudentes & fatuæ virgines, triticum & paleæ, munda ſimul & immũda ſunt animalia in arca etc. Chriſtus verò in nouiſsimo die *Boni & mali in Eccleſia.* *Mat. 13.* *Luc. 3.* *Gen. 7.*

purgabit aream ſuam, mundabitque *E*ccleſiam ſuam ab omni macula & ruga, Epheſ.5. Vidi, inquit Ioannes Apocalyp. *21*. ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo etc. abſterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorum: non erit

Mat.5. luctus, neque dolor erit vltra etc. Nullus ibi erit inimicus, non mors, non fur, nō luctus, non paupertas etc. 1.Cor.15.

Pergit nunc referre Propheta de ſummo illo gaudio ac voluptate regni cæleſtis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit *D*eus ijs qui diligunt illum, *1*.Cor.*2*.*E*ſa.*64*.

Siquidem in illo die, die, inquam, claritatis & gloriæ ſempiternæ mille anni ante oculos *D*ei erũt tanquam dies heſterna quæ præterijt. *I*bi montes auguſtiſsimæ Trinitatis ſtillabunt

Pſal.89. dulcedinem: erit enim ibi fruitio ſummi excellentiſsimique boni.

Et colles fluent lacte, id eſt, beatitudo ſanctorum, qua animæ eorum fruuntur, largiter etiam promanabit in corpora ſanctorum, vt corpus ſimul & anima intrent in gaudium do-

Matt.25. mini ſui. Hæc eſt altera illa beatorum ſtola. Inebriabuntur ab vbertate domus Dei, potabit-

Pſal.35. queeos Deus torrente voluptatis ſuę: apud Deum enim eſt fons vitæ.

Ibi pax ęterna, ęterna requies, æterna vita, ęterna ſanitas, æternæ diuitiæ, æterna voluptas, ęternus honor & gloria. Ibi ſunt dies illi boni, & vita longęua, de qua Dauid *P*ſal.33.

Per

Per externa hæc & corporalia, videlicet per lactis profluuium, & ſtillationem dulcedinis, intelliguntur voluptates patrię cœleſtis. Sic, inquit Chriſtus Luc. 22. diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in règno meo etc. Sic vbertas terræ promiſsionis inſinuabatur per lactis & mellis fluuios. *Deut. 8.*

Ibunt & aquæ per omnes riuos Iuda: omnes fideles confeſſores & amatores Dei omnis ſalutis habebunt ſufficientiam, quilibet tamē ſecundum plenitudinem dilectionis. Quemadmodum ſtella differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. 1. Cor. 15.

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, *I*oannis 14. Quod Auguſtinus de varijs gradibus meritorum exponit. Chriſtus enim reddet vnicuique ſecundū opera ſua. Matth. *16*. Vnuſquiſque accipiet propriam mercedem ſecundum ſuū laborem, 1. Cor. 3. Nihilominus quilibet beatorum plenam & perfectam obtinebit corporis & animæ beatitudinem. Hoc eſt quod ait *P*ropheta: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Fons verò qui de domo domini egredietur, eſt gratia & gloria diuinę maieſtatis, & charitas *S*piritus ſancti, Ioan. 7. 4. *E*t Apocal. 22. Oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidū tanquam cryſtallū, procedentem de ſede *D*ei & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitę etc.

Eiuſmodi aquæ reficient & irrigabunt torrentem ſpinarū, id eſt, illos qui in hac valle miſeriarum, multi iuga paupertate, cruce, tribulatione, anguſtia, neceſsitate, etc. propter iuſti- *Quid ſit torrens ſpinarū.*

ciam afflicti, puncti & fodicati ſunt: per multas enim tribulationes intrare oportet in regnum cœlorum, Actor. 14. Si compatimur & conregnabimus: ſicut ſocij paſsionum, ſic & conſolationis.

Rom. 9. 2. Cor. 1. 2. Tim. 2.

Sancti redemptionem ſuſcipere recuſarũt à Tyrannis varia promittentibus, vt meliorem inuenirent reſurrectionem in cœlis, Heb. 11.

Ægyptus in deſolationem erit, et Idumæa in deſertum perditionis: pro eo quod indignè egerint in filios Iuda, & effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua.

His verbis indicat Propheta pœnas damnatorum. Ægyptus, quod tranſlatum ſonat afflictio, videlicet qui populum Dei affligunt & perſequũtur falſa doctrina, iniqua oppreſsione ac tyrannide, prout fecerunt Ægyptij filijs Iſraël in Ægypto, hi relinquentur deſolati ac deſerti in ſempiternũ. Eſaiæ 34. Peccator deſolabitur in ſæcula ſęculorũ à Deo, ab omnibus Sanctis & Angelis, ab amicis, à patria, ab omni ſpe etc. quando auditurus eſt, iudicẽ dicentem: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Matt. 25. Ac tametſi in damnatione ſua clamabũt, dicetur illis Hier. 30. Quid clamãs ſuper contritione tuã? inſanabilis eſt dolor tuus. Neſcio vos, clauſa eſt ianua. Matth. 25. Iniqua geſsit & non videbit gloriam domini. Eſaiæ. 26.

Damnatio infernalis finem non habet.

Idumæa quoque ſiue Edom, quod rufum ſeu ſanguineum ſignificat, illi videlicet, qui fratres ſuos perſecuti ſunt, quemadmodum Eſau fratrem ſuum Iacob, aut falſis ſubdoliſque linguis ſuis acerbè pupugerunt, contumelioſis

verbis

verbis criminati ſunt, aut etiam reipſa & facto læſerunt, homicidæ, incẽdiarij, direptores, prædones, ſeditioſi, proditores etc. effuſores ſanguinum. de quibus *P*ſal. 78. Effuderunt ſanguinẽ ſanctorum tanquam aquam etc.

Tales impij erunt in deſolationem, & deſerentur in perditionem. Ligatis enim manibus & pedibus proijcientur in tenebras exteriores, vbi nulla conſolatio, nulla ſalus in æternum. Væ homini illi, bonũ eſſet ei ſi natus non fuiſſet homo ille, quemadmodum Chriſtus dicit de *I*uda Iſchariothe. Matt. 26.

Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hieruſalem in generationẽ & generationem. Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaueram, & Dominus cõmorabitur in Sion.

Dicit nunc poſtremò Propheta de pręmijs beatorum. Per Iudęam & *I*eruſalẽ intelligitur terra viuentium, cœleſtis ciuitas beatorum. In hac electi gratiam, benignitatem & miſericordiam *D*ei laudabunt & prædicabunt in æternũm, ſine fine. *P*ſa. 83. *B*eati qui habitãt in domo tua, domine, in ſæcula ſęculorum laudabũt te. *B*enedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarũ actio, honor & virtus & fortitudo Deo nõſtro in ſæcula ſęculorum. Apoc. 7. *Gen. 4.* *Gaudium æternum in cœlis.*

In omnibus platęis huius cœleſtis ciuitatis cantabitur Alleluya. Tob. 13. Apoc. 19. Qui redempti ſunt à domino, reuertentur & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita ipſorum. *E*ſaię 51.

*E*t vindicabo, inquit *D*eus, ſanguinem ſanctorum meorum, quem nõ vindicaueram. *P*alã

faciam vniuerſo orbi, mundos & mihi acceptos fuiſſe, cum filij ſęculi ipſos contumelijs affectos, aſpernarentur ac trucidarent. Sic dicturi ſunt impij quando viderint gloriam ſanctorũ in extremo die: Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finẽ illorum ſine honore: ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorũ eſt etc. Sap. 5. Dauid, *Pſa.* 78. Vltio ſanguinis ſeruorum tuorũ qui effuſus eſt, introëat in conſpectu tuo gemitus compeditorum Apocal. *6.* Vſquequo Domine, non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrũ de ijs qui habitant in terra? etc. Et Mat. 23. A ſanguine iuſti Abel etc. Proinde clamat ad nos
Rom. 12. Deus, & docet nos manſuetudinem & patien-
Deut. 32. tiam, vt ſibi delegemus vindictam. Dominus
Heb. 0. autem cum Sanctis ſuis commorabitur in cœ-
Pſal. 89. leſti Sion, cuius fundamenta ſunt in montibus ſanctis, cuius portas diligit Deus ſuper omnia tabernacula Iacob, quam fundauit altiſsimus. Illic videbitur Deus, & ſemper videri deſiderabitur in æternum. Illic ſemper cum domino erimus & in bonis eius delectabimur in corpo-
1. *The.* 4. re & anima in ſempiternum. Quod videre concedat nobis Ieſus Chriſtus verus & viuus Dei filius, Amen.

FINIS.

Deo gloria.

INDEX RERVM SENTENTIARVMQVE ILLVSTRIVM, IN quo a primam paginam, b vero ſecundam notat.

A

Admonitio ad luctum. fo.44 a
Adrian⁹ occidit 50000. Iudęos 30 a
Aduerſitas pijs conducit. 67,b
Aerij doctrina, 58.a
Aetas poſtrema quæ. 166.a.& b
Afflictiones diuinæ iræ hominibus proponendæ, 25.a
Afflictiones cur Deus permittat. 43.a
Afflictiones ad quid vtiles. 65.b & 66.a
Agathenſe cōcilium circa horas canonicas. 64.a
Agnus paſchalis figura ſacrificij miſſæ, 50.a & b
Agni paſchalis immolatio cur inſtituta, 25.b
Agnus paſchalis in tribus ſacramētum deſignauit. 50.b
Alieni qui dicantur, 185.a
Altarium meminerunt primitiuæ eccleſiæ patres, 47.b
America ad fidem conuertitur. 163. a & b.
Anabaptiſtæ refutantur, 98.a 99.a & 100.a
Animalia quatuor apud Ezechielē quid deſignent. 29.b
Antichriſtus miſſæ ſacrificium abolebit. 44.b.137.a
Antichriſti aduentus plenus miſerijs, 182.a b. & ſeqq.
Antichriſtus iā nunc operatur myſterium iniquitatis, 44.b
Antiochi tyrannidem perſenſit populus Iſraeliticus, 43.b
eiuſdem impietas & crudelitas. ibid. & ſeq.
Antiochi mors, 38.a & 139.a
Apoſtoli multa inſtituerūt ſine ſcriptura, 22 b & 26.b
Apoſtoli ſacerdotes ordinarunt cum impoſitione manuū, 46.b
Apoſtoli ciborum abſtinentiā pręſcri ſerunt, 58.b
ab Aquilone pandetur omne malū. 140.b
Arrius hæreticus. 19.b
Arrianorum praua cantica. 64.a
Attētio requiritur in oratione. 65.a
Auaritia, 35.a
Auguſtinus vſus cochlearibus argēteis. 178.a
Auguſtinus œconomum habuit erogantem & recipientem. ibid.
Azymus panis, eiuſque myſtica explicatio, 52.a

B.

Baptiſmo ad Deum veniunt paruuli, 98.b & ſeq.
in Baptiſmo Sathanæ renunciauimus, 13.b
De Baptiſmo multa. 98.99.100.101
Benedictionē poſt ſe reliquit deus. 95.a
Boni egent doctrina vt perſeuerent, 24 b
Bonum operabimur dum tēpus habemus,

bemus, 53.b & 147.a & b
Bonorum operũ merita, 148.a & b

C

Calamitates per hæreſin excitatæ, 41.a & b. vide, hereſis.
Catholica fides ordinaria ſucceſſione ad nos peruenit, 9.b
Catholicam fidem Apoſtoli tradiderunt, 26.b
Catholici ſoli ſaluantur, 128.a
Catholici in bona pace vitam traducunt, 95 b
Catholicorũ quoque nonnulli ſunt cauſa afflictionum, 76.a
Charitas neceſſaria ad ſalutem, 77.a
Chriſtus finis legis, 12 b
Chriſtus multa loquebatur in parabolis, 31.b
Chriſtus ſuos apoſtolos ſacerdotes fecit in cœna, 46.b
Chriſtus & eccleſia ſemper coniũcti, 107.b
Chriſtus princeps pacis, 145.a
Chriſtus noui teſtamenti ſacerdos, 46.b
Chriſtus eſt iuſticia noſtra, 145.b
Chriſtus ſua oblatione terminauit cruenta ſacrificia, 47.b
Chriſtus in figura occiſus ab initio mundi. 146.b
Chriſtus eſt doctor noſter. 144.b
Chriſtus ſacerdotibus eccleſiæ tãtũ ſeipſum offerẽdum reliquit, 48.a
Chriſtianus ſemper erit in puro timore, 90.b
Chriſtiani indignè premũtur à Turcis, 41.b
Chriſtiani concionatores populũ confirmant, 142.b
Ciborum prohibitio hæretica, 18.b
Clerici aſsiduas Dei laudes prædicabunt, 61.b
Colũba Noë denotat pœnitentes, 80.b
Conciliũ Laodicenſe eccleſiaſticis prohibet intrare tabernas, 33.a
Conciliorũ in Eccleſia authoritas, 26.b
Cõcionatorum eſt monere omnes ſtatus, 102.b
Confeſsio ſacramentalis, 118.a
Conſolatio fidelium vbi quærẽda, 165.b
Conſolatio hereticorũ vana. 92.b
Cõſolamur nos gratia Chriſti, 93.b
Conſulis reſponſum prudens, 10.b
Cõuerſio vt fiat ex corde neceſſum eſt. 80.b
Conuerti ad Deum quomodo debeamus, 78.a
Conuerti ex corde quid ſignificet, 82.a
Conuertentibus ad Deum duplicia bona promittuntur, 132.a & b
Conuertendi ad Deum regula, 83.b & 84.a
Cor lapideum, 86.a
Crapulæ mala, 150. a & b
Cyprianus vixit anno domini, 260. 100.b

D

Damnatio infernalis finem non habebit. 188.b & ſeq.
Daniel orat in ſacco & cinere, 42.b
Danielis locus de quatuor beſtijs explicatur, 30.a
Dauid ſepties in die laudabat Deum 62.a
Dauid ſuperbiens numerabat populum, 74.a
Decimæ dandæ eccleſiæ miniſtris, 175.b& 176.a & b.
Deus quomodo ſe magnificum declaret, 142.b & ſeq.
Deus noſtræ ſalutis ſtudioſis, 160.a

Deus

Deus in periculis protegit populum ſuum, 170.b
De' totũ hominis cor expoſcit. 81.a
Deus quãdo iraſcitur eueniunt plagæ, 73.b
Deus ſolet iram ſuam per prodigia inſinuare. 73.a
Deum quomodo placabimus, 29.a
Deus quò tardior in puniend eò ſeuerior, 15.a
Deus multis modis locutus eſt, 20. a & b.
Deus curam gerit fidelium, 16.a & b & ſeq.
Defectus in omnibus creaturis 77 b
Dentes Hæreticorum, 40.a
Diabolus per virtutem Chriſti profligatus, 139 b
Dies domini quis dicatur. 70.a & b
Diſcordia in fide impedit ne orationes exaudiantur, 97.b
Diſſidiũ peiores omnes reddit, 39.a
Diuinitas Chriſti mori non poteſt, 51.b
Doctores priſci Catholici. 125 b
Dominicum diem inſtituit eccleſia loco Sabbathi. 176.a

E

Ebrietas variorum malorum cauſa. 31.b & ſeqq.
Ebrioſis munia abrogabant Ro. 33.b
Eccleſia fundamentũ veritatis, 21.b
Eccleſia quid ſit, 104.a
Eccleſia inexpugnabilis 124 b
Eccleſia eſt vniuerſalis, 105.a
Eccleſia an temporaria bona poſsidere queat. 174.a b & ſeqq.
Eccleſiæ obediendum in omnibus, 21.b 22.b & 27.a
Eccleſiæ Chriſtianæ vnica fides. 28. a, 39.a, & 104.b
Eccleſię hoſtes Deus ſemper puniuit. 171.b
Eccleſiæ bona alijs vſibus applicari non debent, 172.b
Eccleſiam Deus illuſtrauit. 9.b
Eccleſiã Deus tuetur. 121.a & ſeq.
Eccleſiaſtica bona in quatuor partes diuiſa. 177.a & b
Eccleſiaſtica bona ſibi applicare eſt rapere quæ Dei ſunt & pauperũ. 176 b
Eccleſiaſtica bona qui rapiunt ad paupertatem rediguntur. 172.a & 178.a
Epiſcopus erit hoſpitalis. 175.a
Eõpi vita qualis eſſe debeat 181.a
Epiſcopis cur data poteſtas gladij ciuilis. 180.b
Erronea doctrina vnde proueniat, 107.a
Euãgeliſtę quo tempore euangelia ſcripſerint & vbi. 21. b
Euchariſtia frequenter ſumẽda. 53.b
Euchariſtia quomodo ſumi debeat, 51.b & ſeq.
Euchariſtiæ contemtus. 45.a
vnde proueniat. ibid. & b
in Euchariſtia tria aduerti poſſunt. 50,a

F

Fabianus vixit anno dom. 244. 54.b
Fames per vniuerſam Iudęam. 28.b
Fames eſt vehemens plaga, ibid.
Fides ſine charitate non confert ad vitam æternam. 92.b
vbi vera Fides ibi obedientia. 10.a
Fidei intellectus Sanctis abſconditus.
Fide ſola non placetur Deo. 77.a 136. a & b.
Fidelis etiam externè lucebit. 83 a
Fidelis plenus operibus bonis. 149 a
Fideles vocati ad bona opera. 39.a

Fi-

Fideles quomodo gladio inſtructi eſſe debeant. 86.b.& ſeq.
Fideles vnguntur ſanguine Chriſti. 104,a
Fideles hæreditas Chriſti, 115.a
Flere ob ſua peccata præclarum, 142.a
Fortitudo Dei quæ ſit, 151.a & ſeq.
Gaudiū ęternū in cœlis, 189.a & b
Gentes factę ſunt populus Dei. 114. b & ſeq.
Germania grauiter afflicta propter hæreſin. 10.a
Germania à quibus ad fidem conuerſa. 27.a & 105.b
Germani à Catholica fide deficiūt. 89.a
Gratia Dei in Baptiſmate non requirit gemitum. 79.b
Gratia gratum faciens, 156.b
Gratia gratis data. 157.a

H

Herodis interitus. 38.a & 138.b.
Hęreditas quando detur in opprobrium. 115.b & ſeq.
Hæreſin quæ mala ſequantur. 19.b 10.a 38 a.41.a & b 95.b & 75.a
Hæreſes cur Deus permittat, 122.b
Hæreſiarchæ hodie ſuſtentantur bonis eccleſiaſticis. 173.a
Hæretici ſanguinarij. 10.a
Hæretici ſuos nouiter effictos errores tanquam verbum Dei iactitant. 19.b
Hęretici nouas habent opiniones. 27.b
Hęretici inconſtantes, 27.b & ſeq. & 89.b
Hæretici ſummos quoſque ad ſe alliciunt. 39 b
Hæretici miſſam conantur exſtirpare. 45.b
Hæretici per dulces ſermones ſeducunt corda, 75.a & b & 136.b
Hæretici diſcordes ſunt in fide, 104 a & b 126.b & 127.a
Hęretici corruptores iuuentutis. 169.b
Hæretici de reformanda eccleſia refutantur, 179.a
Hęretici bonos habent ſtomachos, 180.a
Hæretici abutuntur ſcripturis ad ſeditiones, 183.a
Hæretici non adhibent fidem ſcripturis, 107,a
Hæretici appellantur gentes, 119.b
Hæretici populum reddunt timidum, 142.
Hæreticorum impietas, 67,a 115.b, & 173.a
Hæreticorum improbum paradoxon, 91.b
Hæreticorum arrogantia, 112.a
Hæreticorum nouiſſimorum natura, 169,a
Hæreticorū ſcholæ ſunt proſtibula, 168.b
Hæreticis familiare eſt dicere, Non eſt ſcriptum, 20.b
Hæreticis non eſt ordinaria ſucceſſio, 106 a
Hieruſalem ſpoliauit Nabuchodonoſor, 36.b
Homo creatus ad bona opera, 149.b
Horariæ preces explicantur, 62.b & ſeq.
Humana fortitudo quàm nihili facienda, 36,b
Humilitatis exempla, 91.a
Humiliter orandum, 94.a

I

Ieiunium Deo acceptum, 56 a & b & ſeq.

& ſeq. & 59.a & b
Ieiunij exempla, ibid. & 84. b& ſeq,
Ieiunium non vocatur temperata refectio, ibid.
Ieiunium ad quid vtile, 84.b
in Ieiunio non veſcimur carnibus, 57.a
ad Ieiunium quid requiratur, 59.b & ſeq.
Infantes deflent lapſum Adæ, 98.a
Infantes baptiʒati inter electos dei cenſentur, ibid.
Infantibus non parcit Deus in afflictione publica, ibid.
Infidelibus eſt baptiſmus in remiſſionem peccatorum, 79.b
Inuocatio nominis domini. 164.b & ſeq.
Inuocare quid ſit, 165,a
Ioël quis fuerit, 15. b, quibus prophetauerit, 16.a, quo tempore ibid.
Ioel fuit acceptus Deo, 23.a
Ioannes Baptiſta laudatus à Chriſto, 42.b
Irenęus floruit anno do. 150.100.b
Iris quomodo nos ad pœnitentiam excitet, 161.b
Iudæi cur in deſerto mortui, 92 b
Iudæi pœnitentiam deſpexerunt, 38.a
Iudæi perſecuti ſunt Apoſtolos, 157.b
Iudęos quatuor reges oppreſſerunt, 29.b
Iudicij ſigna, 161. & ſeqq. & 167. & 178.
Iudicij dies terribilis, 159.a & b & ſeqq.
Iudicij dies nulli cognitus, 166.b
Iudicium fiet in valle Ioſaphat, 167.a
Iuſti etiam puniuntur in publicis calamitatibus, 67.b
Iuſtificamur per gratiam Dei, 78.a
Iuuenes vident viſiones, 155.b
Iulianus apoſtata miſerè perijt, 139,a
Laborem Chriſtianum ſequitur cōſolatio, 133.b
Labruſcæ quid denotent. 39.a
Letaniæ quomodo inſtitutæ, 42.b
Letaniæ miraculum, 42.b
Lætitia Chriſtiana, 66.b
Lætitia vana ſæpe ſe immiſcet operibus ſanctis, 91.a
Libatio fuit figura ſacramenti altaris, 44.b
Liberalitas quorundam principum erga Eccleſiam, 179.b & ſeq.
Liberatio perfecta in cœleſti Hieruſalem, 166.a
Liberum hominis arbitrium, 87.b
Loquitur quandoque Deus homini per ſomnum, 155 a & b
Loth à vino victus, 33.b
Luctus ornamentū hominis Chriſtiani, 42.a
Lugere cur debeamus, 41.a & b
Lumina ciuitatis Dei qui fuerint. 26.a

M

Magna nonnūquam facit Deus per parua, 152.b
Mali & boni ſunt in populo Dei. 129.a& 187,a
Malis quid reſpondeat Deus, 131.a
Melchiſedech cur panem & vinum Abrahamo obtulerit, 486.& ſeq.
Militibus quid familiare, 38.b
Miſſa hæreticis odioſa, 54.b
Miſſa tempore Apoſtolorum, 54.b
Miſſa quomodo ſacrificiū, 54 a &b

de Miſſa

de Miſſa variè ſentiūt hæretici 28.a
Miſſio S. Spiritus per Sion intelligitur. 165.b
Monet Deus per calamitates. 89.a
Moralia præcepta non abrogauit Chriſtus. 12 b
Moriturus quomodo debeat orare, 113.a & b.
Morſus lupinus, 131.b
Mortui reſurgent in nouiſſimo die, 166.b & ſeq. & 183.b & ſeq.

N

Nehemias ieiunabat & orabat, 40.b
Noë 120. annis pœnitentiam prædicabat, 37 b
Nominis Dei dignitas. 164.a & b.
Nouiſſimus dies quando venturus 185.a
Nuptię cur certis temporibus interdictæ. 109.a

O

Officium ſacerdotale nemo temerè ſibi aſſumet. 110.a & b.
Oleum euangelicum. 89.b
Oleum miſericordiæ. 135.a & b.
Orandum in templo. 61.a
Orare clauſo cubiculo. ibid.b
Oratio requirit attentionem. 65 a
Orationis efficacia. 60 b
Orationis exempla. 65.a & b.
Ordinationes hæret. leues. 47.a & b

P

Panis verbi Dei. 134.a
Panes propoſitionis denotarunt miſſæ ſacrificium. 49 b
Papam Antichriſtum vocant hæretici. 64 b
Paruulos diligit Deus. 99 a
Paſtorum inopia vnde proueniat. 17.b & ſeq.
Peccatum agnoſcere & fateri præclarum. 114.a & 108.b
Peccatū ſequitur ignominia. 117.a
Peccatum conſiſtit in auerſione à Deo. 77.b
Peccatum ſequitur pæna. 13.b. exempla ibid. & 14.a & b. & 15.a & 25.b
Peccata grauiter puniuntur. 13.b.
Peccator nullam excuſationē prætendere poteſt. 87.b.
Peccatorum duo ſunt genera. 79.a
Pecuniā qua ratione Chriſtus diſcipulis ſuis īterdixerit. 181.a & b.
Perfectorum iuſticia eſt vt nonquā arbitrentur ſe perfectos. 91.a
Plaga locuſtarum per vniuerſam Iudæam. 25.a
Pœna ſpiritualis & tēporalis. 133.a
Pœnæ maiorum nobis erūt in cautelam. 25. b
Pœnitētia neceſſaria. 78 a & 128.b
Pœnitentia vt corde procedat neceſſum eſt. 78. a
Pœnitentia conſiſtit in conuerſione ad Deum. 77.b
Pœnitentię tempore continēdum docet ſcriptura. 108. b
Pœnitentiæ veri prædicatores quid doceant. 34.a & b.
Pænitentiam annunciauit Ioannes 12.b.
Pœnitentiam quomodo agemus. 42.a
Pœnæ damnatorum 187.b
Populus Dei quis ſit. 126.a
Presbiteri qui populum docēt, duplici honore digni. 17.b
Prædicare citra legittimam vocationem nemo poteſt. 18.b & ſeq.
Præmia iuſtorum. 186 b & 189.a.
Prodigia ante exiduum Hieruſalē. 157 b & ſeq.
Prophetare quid. 155.a

Pro-

Prophetæ de futuris loquuntur tã quam facta ſint. 36.a
Prophetarum aliquot figuræ. 30,b & ſeq.
Prophetæ ſæpenumero ponunt tẽpus præteritum pro futuro. 70.a
Prophetis familiare eſt vt populum hortentur ad plãctum. 85.b.
Prophetia duplex. 94.b
Prophetis familiare eſt futura per res corporeas exponere. 50.a
Proſperitatem ſequitur aduerſitas. 152.b
Pſalmi Hæreticorum ad ſeditionem opportuni. 64.a & b.
Pudicitia vxorũ Ro. chara. 33.a
R
Regula conuertendi ad Deũ. 83.b
Rechabitæ laudantur quòd vinum non biberint. 58. b
Rogationes publicæ. 97.a
Romani quomodo populum Iudaicũ afflixerint. 69.b 71.a & ſeq.
S
Sacerdotes presbyteri. i. ſenes appellantur. 24.b
Sacerdotum eſt ad ieiunium hortari. 58.a
Sacerdotum munus & dignitas. 55. b & ſeq.
Sacerdotum eſt orare pro populo. 110.111.112 114.b & ſeq.
Sacerdotes conſtituit Chriſtus in cœna. 46.b
Sacerdotes contemnere quàm graue peccatum. 47.a
Sacerdotium æternum. 100.a
Sacerdotale ſacrificium in pane & vino conſiſtit. 48.a
Sacracramenti altaris inſtitutio. 44.b.
Sacramenta cur inſtituta. 127.b
Sacrilegus eſt qui Eccleſiam ſuis bonis diſpoliat. 178.b
Sanctificari quomodo debeat homo. 163.a
Sanctificari nemo poteſt extra Eccleſiam. 164.a
Sanctum quid dicatur. 165.a
Sãctos quomodo inuocemus. 165.a
Sathan ſoluetur in nouiſsimis temporibus. 159.b
Sathan pacis conturbator. 10.a
Sectæ muſcæ AEgiptiæ vocantur. 136.b
Sectę plurimas hæreſes damnatas ex inferis reduxerunt 122.a
Sectæ angulum habent in Germania. 105.b
Sectarum libri penitus obliterantur 125.a
Sectarum memoria anathemate damnata. 121.b
Sectarum doctrina. 75.b
Vide hæretici.
Sententia extremi iudicij 84.a & b
Scriptura monet vt ab hęreticis caueamus. 75.a
Scripturę non in legendo ſed intelligendo conſiſtunt. 108.a
Scripturarum verus ſenſus penes eccleſiam. 40.b
Scripturas vanè iactitant hæretici. 106.b
Scripturas peruertunt hæretici. 127.a
Signa permittit Deus vt homines conuertantur. 161.b
Signa nouiſſimi diei. 161.& ſeq.
per Sion quid intelligatur. 95 b
Somnus etiam ſanctis eſt oratio. 63.b
Sother floruit anno dom. 174. 54.b
Spiritus Sanctus nobile dei munus. 153.a

153.a & b. De eiuſdem miſſione ibid. & 154. De eiuſdem operatione, ibid.
Spiritus ſanctus per Apoſtolos locutus. 21.a
Sudor Britannicus. 42.b
Superbiam ſequetur ignominia. 35.a

T

Templum Dei ſanctũ. 60.b & ſeq. & 177.b
Templa ad orandum inſtituta, 61, b. & 109.e
Templorum violatores, 173.b
Temporum noſtrorum calamitas, 13.a 74.b 162.a & b.
Terram ſuã benedixit Deus. 120.b
Theleſphorus vixit anno dom. 134 54.b
Timotheus tẽperauit à vino, 59.a
Timor filialis Chriſtianorum, 90.b & ſeq.
Torrens ſpinarũ quid ſit, 186.a & b
Traditio fuit ante ſcripturam, 26.a
per Traditionem multa ad nos peruenerunt ibid.
Tyrannos Deus puniuit. 177.a 138 b & 170.a & ſeq.
Tyrannide impiorũ vtitur ſubinde Deus ad punienda peccata, 73.a
Vadianorum hæreſis. 174.a
Vanitas mundi. 35.a
Verbum Dei tripartitum. 20.a
Veritatis agnitio impijs maioris pœnæ occaſio. 76.b
Velle & currere quomodo ſit noſtrum. 88.a
Viduæ ex bonis eccleſiæ ſuſtentabantur, 174.b
Vinea quid denotet. 38.b
Vinea Chriſtiana diſſipatur à Sectis. 39 a & b
Vinum venerabilium ſacramentorum, 134.b
Vinum non eſt bibendum tempore ieiunij, 57.b
Vinum aufert cor, 32.a
Vinum interdictum Aaroni intrãti tabernaculum, 33.a
Vinum interdictũ Romanis mulieribus ſub pœna capitali. ibid.
Vincentius Lirenenſis vixit anno Dom, 303. 26.a
Voluptas mundi finem aliquando ſortitur, 43.b

FINIS.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

1-6-2